GNO
RALE
DI STATO

CARTOLERIA
E LEGATORE DI LIBRI
RAFFAELE CAGNONI
FOLIGNO

571
Municipio
di Foligno

Mostra d'Antica Arte
Umbria
N.° 571
Municipio di Foligno

ARCHIVIO
COMUNE DI FOLIGNO
ARCHIVIO PRIORALE
2 BIS
SOTTOSEZIONE DI STATO
FOLIGNO

2/Bù
BIBLIOTECA COMUNALE - FOLIGNO -

rio P

AT

EO PRIORA

B

10

# STATVTA CIVITATIS FVLGINIAE.

## De Magnifici Dñi Gubernatoris iuriſdictione, eiuſq; obligationibus Cap. I.

ET ſi primo ingreſſu ſtatuere, & ſtatuendo præmittere de electione, iuriſdictione, & officio prætoris, magis (iuxta poteſtatem noſtram) Nobis conſonum, & à iure noſtro non alienum fuiſſet; cum ſuper facultate, & auctoritate Magnifici Dñi Gubernatoris, vtpote de re ad officium noſtrum minimè pertinenti: ad S. D. N. ſiue eius pro tempore legatos, ſiue vicelegatos ſtatuere, & indulgere conueniat: Nihilominus recolentes literas quàm plurimas in forma breuium de benignitate apoſtolica à Romanis Põtificibus Cõmunitati, & Ciuitati noſtræ gratioſè conceſſas extare, de iuriſdictione, & ſuper auctoritate dicti Magnifici Dñi Gubernatoris loquentes, multaq; alia diſponentes, obligantes reſpectiuè prout in eiſdem literis apoſtolicis emanatis, & obtentis latius continetur: Conſiderantes à dignioribus inchoandum fore, initium (annuente diuino numine) ſumpſimus, & præmittere decreuimus de iuriſdictione, facultate, & obligatione Magnifici Dñi Gubernatoris. Verùm, quia ſuper præmiſſis breuia, ſeu literæ prædictæ loqui, & ſtatuere videntur: eas, ad publicum omnium commodum, & vt Gubernatoribus prædictis apertius in notitiam veniant, & in earũ obſeruantiã libentius ſe accingant, & ne vt paruipenſæ à nobis, ſeu neglectæ omitterentur, breuia, ſeu literas apoſtolicas prædictas fideliter ex ſuo originali extractas, & de verbo, ad verbum trãſumptas, regiſtrari, publicari, atq; imprimi loco eorum, quæ ſuper facultatibus, & iuriſdictione dicti Magnifici Dñi Gubernatoris dici potuiſſent, mandauimus, ac concorditer deliberauimus: Addentes, inhærendo tamen decretis, & conſtitutionibus emanatis ab Illuſtriſſimo & Reueñ. Cardinali de Vrbino Ciuitatis Peruſiæ, huiuſq; almæ prouinciæ, & ciuitatis noſtræ à latere legato ſub capitulo primo, ſiue rubrica incipiente Quæ iura ſeruanda in primis, vt Gubernatores prædicti obnoxij fiant, teneanturq; ante omnia ſeruare Statuta noſtræ ciuitatis, ac de obſeruando iuramentũ in manibꝰ Reuereñ. Vicarij Reuereñ. Dñi Epiſcopi Fulginatenſis pro tempore exiſtẽtis in eius introitu præſtare, & indictorum Statutorum defectum conſtitutiones Marchiæ, & vbi ex his omnibus occurrenti caſui prouiſum non reperiretur, ius canonicum, vel ciuile. Tenor literarũ, & breuiũ ſupradictorũ eſt qui ſequitur infraſcriptus videlicet.

PAVLVS Papa. III. Ad futurã rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerũt dilecti filij, cõmunitas, & homines ciuitatis noſtrę Fulginię quòd licet ex forma ſtatutorum dictæ ciuitatis confirmatione apoſtolica roboratis Gubernator ipſius ciuitatis pro tempore exiſtens cauſas tertiæ inſtantię duntaxat cognoſcere, & terminare poſſit: cauſarum verò primæ, & ſecundę inſtantiarum tam ciuilium, quàm criminalium cognitio ad poteſtatem, & iudicem appellationum eiuſdem ciuitatis reſpectiuè pertineat: diſpoſitumq; inſuper ſit per ſtatuta prædicta cui pœnæ pecuniariæ, quas perſonæ inobedientes, ac treguas frãgentes, & mandatis dicti Gubernatoris contrauenientes incurrunt, applicandæ ſint: Nihilominus Gubernator eiuſdem ciuitatis eiuſq; officiales, & miniſtri ſtatutis huiuſmodi minime attẽtis in alienam meſſem falcem immittentes, ſub variis coloribus, & prætextibus, in eo præſertim confiſi, quod ſuper geſtis, per eos, ratione illorum officij ad ſindicatum ſtare, ac alias de illis rationem reddere, prout poteſtas, & Iudex præfati faciunt, cogendi non ſint: cauſas pri-

mæ & ſecundæ inſtantiæ huiuſmodi audire,cognoſcere,& terminare;ac pœnas prædictas ſibi ipſis contra dictorum Statutorum tenorem applicare nituntur varia grauamina hominibus eiuſdem ciuitatis deſuper inferendo,in maximam dictę ciuitatis perturbationem,ac ſcandalum plurimorum. Quare pro parte communitatis,& hominum præfatorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes parum eſſe ſtatuta fieri,niſi obſeruentur, Volenteſq; quieti eiuſdem ciuitatis conſulere: communitatis,& hominum præfatorum ſupplicationibus huiuſmodi inclinati, Volumus, & auctoritate apoſtolica Statuimus quòd Gubernator, & miniſtri,ac officiales præfati in cauſis primę, & ſecundę inſtantię huiuſmodi atrocioribus criminalibus cauſis, & ciuilibus,quę quantitatem,ſeu valorem decem ducatorum auri de cãmera nõ excedant,in quibus inter Gubernatorem,& alios dictę ciuitatis iudices pręuentioni locũ eſſe volumus,duntaxat exceptis,etiam vigore quarumvis appellationum ad ipſum Gubernatorem omiſſo medio interpoſitarum,aut recurſus, vel cuiuſuis querelę, ſeu quouis alio pętextu,vel quęſito colore ſe intromittere, pœnaſq; pręedictas ſibi ipſis applicare non poſſint,nec valeant,diſtrictius inhibentes, ſub excommunicationis pęna moderno,& pro tempore exiſtenti dictę ciuitatis Gubernatori ne contra præſentium tenorem quomodolibet facere,dicere,vel venire audeat, vel præſumat. Irritũ quoquè,& inane decernentes ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate contingerit attemptari. Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,nec non priuilegiis, indultis,& literis apoſtolicis ipſis Gubernatoribus ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis conceſſis,approbatis,& innouatis, cęteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris. Die .xviij. Nouembris M. D. XXXIIII. Pontificatus noſtri Anno primo. Fabius Vigil.

DILECTIS filijs Communitati, & hominibus ciuitatis noſtræ Fulginateñ. Paulus Papa .iij. Dilecti filij ſalutẽ, & apoſtolicã benedictionem. Cum ſicut nobis nuper exponi feciſtis, dudum vos quaſdam à nobis in forma breuis literas obtinueritis hoc ſub tenore videlicet. Paulus Papa .iij. Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij,communitas,& homines ciuitatis noſtrę Fulginateñ. quòd licet ex forma ſtatutorum dictę ciuitatis confirmatione apoſtolica roboratorum: Gubernator ipſius ciuitatis pro tẽpore exiſtens cauſas tertię inſtantię duntaxat cognoſcere, & terminare poſſit: cauſarum vero primę, & ſecundę inſtantiarũ cognitio, tam ciuilium,quàm criminalium ad poteſtatem, & iudicem appellationũ eiuſdem ciuitatis reſpectiuè pertineat,diſpoſitumq; inſuper ſit per ſtatuta pręfata,cui pœnę pecuniariæ, quas perſonę inobedientes,ac treguas frãgentes, ac mãdatis dicti Gubernatoris contrauenientes incurrunt, applicandæ ſint: Nihilominus Gubernator dictæ ciuitatis,eiuſq; officiales,& miniſtri; ſtatutis huiuſmodi minime attentis,in alienam meſſem falcem immittentes ſub variis coloribus,& prætextibus, in eo confiſi, quòd ſuper geſtis per eos ratione illorum officij ad ſindicatũ ſtare,ac aliàs de illis rationem reddere,prout poteſtas,& iudices præfati faciunt, cogendi non ſint: cauſas primę,& ſecundę inſtantiarum huiuſmodi audire, cognoſcere, ac terminare;ac pęnas pręfatas ſibi ipſis contra dictorum ſtatutorum tenorem applicare nituntur, uaria grauamina hominibus eiuſdem ciuitatis deſuper inferẽdo, in maximam dictę ciuitatis per turbationem,ac ſcandalum plurimorum. Quare pro parte communitatis,& hominum pręfatorum. Nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur conſiderantes pa

rum

rum eſſe ſtatuta fieri, niſi obſeruentur, Volenteſq; quieti, eiuſdem ciuitatis conſulere, communitatis, & hominum pręfatorũ ſupplicationibus huiuſmodi inclinati volumus, & auctoritate apoſtolica Statuimus quòd Gubernator, & miniſtri, ac officiales præfati in cauſis primæ, & ſecundæ inſtantiarum huiuſmodi, attrocioribus criminalibus cauſis, & ciuilibus, quæ quantitatem, ſeu valorem decem ducatorum auri de camera non excedent: in quibus inter Gubernatorẽ, & alios dictæ ciuitatis iudices præuentioni locum eſſe volumus dumtaxat exceptis, etiam vigore quarumuis appellationum ad ipſum Gubernatorem omiſſo medio interpoſitarum, aut recurſus, vel cuiuſuis querelæ, ſeu quouis alio prætextu, vel quæſito colore ſe intromittere, pœnaſq; præfatas ſibi ipſi applicare non poſſit, nec valeant diſtrictius inhibendo ſub excommunicationis pœna moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Ciuitatis Gubernatori, ne contra pręſentium tenorem quomodolibet facere, dicere, vel venire audeant, vel pręſumant. Irritum quoq;, & inane decernentes, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate contingerit attentari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, nec non priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis ipſis Gubernatoribus ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis conceſſis, approbatis, & innouatis: cęteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum Romę apud ſanctum Petrum, ſub anulo piſcatoris, Die xviij. Nouẽbris M. D. XXXIIII. Pontificatus nr̃i anno primo. Et licet ſtatuta huiuſmodi longo tempore vſu recepta fuerint, ac dictus Gubernator, aliiq; eius officiales, & miniſtri propterea ipſis literis (vt par eſt) parere, & illis in aliquo contrauenire minime debuiſſent. Nihilominus tam idẽ Gubernator, eiuſq; officiales, & miniſtri: ac etiam ſedis apoſtolicę Peruſię & Vmbriæ Legatus, Vicelegatus, Auditores, ac alij iudices, & officiales eiſdẽ literis minime attentis ſub variis pretextibus cauſa primę, & ſecundæ inſtantiarum huiuſmodi audire, cognoſcere, ac terminare nituntur, in maximum eiuſdem ciuitatis grauamen, & præiudiciũ. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum vt in præmiſſis de opportuno remedio prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur vt pręmiſſa eò firmius obſeruentur, quo recẽtiori munimine fuerint roborata: præinſertas litteras ex certa noſtra ſcientia approbantes, & confirmantes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati quòd de cetero moderni, & pro tempore exiſtentes Gubernator, ac Legatus, Vicelegatus, Auditores præfati, eorumq; miniſtri, & officiales in cauſis primæ, & ſecundę inſtantiarum huiuſmodi etiam vigore, quarumuis appellationum ad eos omiſſo medio interpoſitarum, aut recurſus, vel cuiuſuis querelę, ſeu quouis alio prętextu, vel quęſito colore contra præinſertarum literarum huiuſmodi tenorem ſe intromittere non poſſint, nec valeant eadem auctoritate apoſtolica tenore præſentiũ Statuimus, & ordinamus diſtrictius inhibentes Legato, necnõ Vicelegato: Gubernatori, & Auditoribus præfatis, eorumq; miniſtris, & officialibus, aliiſq; iudicibus, & perſonis ne contra præinſertarum, & præſentium literarum tenorem quicquam dicere, aut facere, vel venire audeant, ſeu præſumant. Decernentes ſic per quoſcũq; iudices tam eccleſiaſticos, quàm ſeculares quauis auctoritate fungentes iudicari, & diffiniri debere ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate: ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus dilectis filiis curię cauſarum cameręapoſtolicæ generali Auditori, vel eius Locumtenenti, & Vicariis venerabilium fratrum noſtrorum Spoletiñ. & Camerineñ. Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe,

vel aliũ, ſeu alios p̃inſertas ac pñtes literas vbi,& qñ,aut quoties opus fuerit publicantes,faciant auctoritate noſtra eaſdem præinſertas, ac præſentes literas firmiter, & inuiolabiliter obſeruari: Contradictores quoslibet, & rebelles per eccleſiaſticas cenſuras, & pœnas appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato etiam adhoc (ſi opus fuerit) auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus.& ordinationibus apoſtolicis,ac quibuſuis priuilegiis, indultis,& literis: dictis Legato Vicelegato, Gubernatori, & Auditoribus, eorumq; miniſtris,& officialibus, aliiſque iudicibus,& perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis in præiudicium præmiſſorum conceſſis, confirmatis,& etiam iteratis vicibus innocatis,ac concedendis,confirmandis,& innocandis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam ſi de illis, eorumque tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua: ac de verbo, aduerbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret,tenores hniuſmodi,ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro plenè,& ſufficienter expreſſis habentes. Illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarjis quibuſcunq;. Aut ſi ſupradictis,vel quibuſuis aliis communiter,vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quòd interdici,ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo, ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem quòd pro tempore exiſtens Legatus, ſeu vicelegatus præfatus ciuiles ſummam, ſeu valorem trecentorum ducatorũ auri excedentes,ac criminales, in quibus vltimi ſupplicij, ſeu alia corporalis pœna de iure communi imponenda veniet: ac aliàs cum publicum ſcandalum oriri formidatur: cauſas ad partis inſtantiam,ſeu ex officio,vel aliàs quomodocunq; iuxta eius facultates etiam præuentus audire,cognoſce,& terminare minime impediatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris. Die.V. Aprilis M. D. X L V III. Pontificatus noſtri Anno Quartodecimo. Blo.El.Fulgiñ.

PAVLVS Papa .III. Ad futurã rei memoriam. Cum, ſicut dilecti filij Cõmunitas,& homines ciuitatis noſtræ Fulginanteñ. Nobis exponi fecerũt,Bariſellus, Scalchi,& ſocij milites,& alij executores,ac birruarij nũcupati,aliquo delicto,ſeu exceſſu in ipſa noſtra ciuitate,vel eius comitatu,& diſtrictu commiſſo: antequàm delinquentes condemnati exiſtant,executiones contra ipſos delinquentes faciẽdo, ab ipſis delinquentibus pro eorum executionibus huiuſmodi ſolutionem ad eorum arbitrium recipere, & exigere conſueuerint in maximum ipſorum communitatis, & hominum eiuſdem noſtræ ciuitatis,& illius comitatus,& diſtrictus præiudicium. Et ſi per nos quòd executiones ipſæ,niſi poſtquam rei condemnati fuerint,non fierent: Ac quòd pro tempore exiſtens eiuſdem noſtræ ciuitatis Gubernator in fine ſui officij ſindicatui ſtare,& ſe ad id in principio eius officij obligare, & idoneè cauere deberet, & teneretur per nos ſtatueretur, & ordinaretur, profectò felici regimini, & gubernio, ac indemnitati ciuitatis comitatus, & diſtrictus huiuſmodi non modicũ conſuleretur. Quare pro parte dictorum communitatis,& hominum nobis fuit humiliter ſupplicatum,vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiſmodi ſupplicationibus inclinati. Quòd de cætero qui[illegible]ſellus,Scal[illegible], ac Socij milites,& alij executores,nec non birruarij nun[illegible]te, comitatu, & diſtrictu prædictis aliquas executiones tam contra [illegible]àm eorum bona: niſi decreto prius contra perſonas,& bona huiuſmodi

per

per iudicem mandato, ac ipſius mandati vigore, facere. Necnon ratione executionis pro quacunq; criminali cauſa de cætero faciendæ quicquiam à dictis delinquentibus, niſi iuxta taxam per nos in quibuſdam noſtris literis eiſdem communitati, & hominibus nuper per nos conceſſis ſpecificatam exigere non poſſunt, neq; debeant. Ac modernus, & pro tempore exiſtens dictæ noſtræ Ciuitatis Fulginiæ Gubernator ſindicatui in fine ſui officij coram loci ordinario, vel eius in ſpiritualibus vicario, ac vna perſona per communitatem, & homines huiuſmodi deputanda, necnon eius in officio ſucceſſore ſtare, & ſe ad id, ac de ſententiæ per ipſos ſindicatores proferendæ parendo, quicunq; poſt modernum pro tempore exiſtens Gubernator in principio eius officij obligare, & idoneè cauere debeat, & teneatur: ac ad id omnibus iuris, & facti remediis oportunis cogi poſſit auctoritate apoſtolica tenore præſentium perpetuò ſtatuimus, & ordinamus decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Mandantes dilectis filijs Curiæ Cameræ Apoſtolicę generali Auditori, & Vicarijs venerabilium fratrum Fulginateñ. & Aſſiſinateñ. Epiſcoporum in ſpiritualibus generalibus quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios p̄miſſa omnia perpetuò, & inuiolabiliter obſeruari faciant Contradictores quoslibet, & rebelles per quas vis cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, & pecuniarias eorum arbitrio moderandas, & applicandas; aliaq; iuris, & facti remedia oportuna appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, necnõ priuilegiis, indultis, & literis apoſtolicis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis: ac concedendis, confirmandis, & innouandis. Cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, ſub anulo piſcatoris die .iiij. Iulij M. DXXXVIII. Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Blo. El. Fulgiñ.

PAVLVS Papa.iij. Ad futuram rei memoriam. Cum, ſicut ad aures noſtras nõ ſine graui animi noſtri diſplicentia peruenit, Bariſellus, Scalchi, & alij executores ciuitatis noſtræ Peruſiæ dilectos filios Communitatem, & homines ciuitatis etiã noſtræ Fulginatenſis in executionibus cauſarum tam ciuilium, quàm criminalium: quas tam in ipſa ciuitate Fulginatenſi, quàm extra eam per totum illius comitatum, & diſtrictum hactenus fecerunt, & in dies faciunt, plus debito ab eis, pro executionibus huiuſmodi recipiendo grauauerint, hactenus, & grauent: Nos eiuſdem ciuitatis Fulginatenſis communitatem, & homines paterna beneuolentia proſequentes, ac in præmiſſis, prout nobis in cumbit, prouidere volentes. Quo de cætero moderni, & p̄ tempore exiſtentes Peruſiæ, & Vmbriæ Bariſellus, Scalchi, executores, ſub executores, Birruarij, vel aliàs nuncupati, aliiq; offciales, & executores quacunq; auctoritate fungentes: ac quomodolibet deputati, & deputandi in executionibus quarumcunq; tam ciuilium, quàm criminalium cauſarum intus, & extra dictam ciuitatem Fulginatenſis, & per totum illius comitatum, & diſtrictum per eos faciendis ab ipſis communitate, & hominibus videlicet in executionibus quibuſcunq; ciuilibus ex quacunq; cauſa commiſſis, & relaxatis intra bononenum vnum pro quolibet ſcuto; extra verò ipſam ciuitatem Fulginateñ. & per totum illius comitatum, & diſtrictum dimidium groſſum. In criminalibus verò executionibus ex quacunq; cauſa faciendis intra dimidium, extra verò ciuitatem Fulginateñ. præfatam, & totum illius comitatum, & diſtrictum integrum groſſum etiam pro quolibet ſcuto & non vltra exigere, & habere debeant auctoritate apoſtolica tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia per

petuò. Statuimus,& ordinamus,ac ſub excommunicationis,& officiorũ priuatione, ac ducentorum ducatorum auri Cameræ apoſtolicæ applicandorum pœnis eo ipſo ſi contrafecerint incurrendis,obſeruari volumus, eiſq; diſtrictè præcipiendo mandamus. Et nihilominus dilectis filiis dictæ ciuitatis Peruſiæ Legato,ſeu eius Vicelegato,& dictæ ciuitatis Fulginatenſis Gubernatori,ac vicario venerabilis fratris Epiſcopi Fulginateñ. in ſpiritualibus generali per præſentes committimus, & mandamus quatenus ipſi vel duo, aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; ſub eiſdem,& aliis eorum arbitrio imponendis, & applicandis pœnis perpetuò inuiolabiliter obſeruari faciant. Contradictores quoſlibet,& rebelles per ſupradictas,& aliàs cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas, aliaq; opportuna remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo: Nonobſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis, ac priuilegiis,indultis, & literis apoſtolicis quomodolibet conceſſis,confirmatis,& innouatis: cæteriſq; contrariis quibuſcunq;. Dat. Romæ apud ſanctũ Petrũ ſub anulo piſcatoris, die .xv. Aprilis M. D. XLVIII. Pontificatus noſtri anno quartodecimo. Blo. El. Fulgineñ.

De Prætore,& eius electione Caput. II.

AD Republicam ciuitatis Fulginię rectè gubernandam,& ſalubriter conſeruandam,duximus prætorem in ea valde neceſſarium eſſe: ideo de Prætore, & eius electione ſtatuere deliberauimus ordinantes, & decernentes prætorem dictæ ciuitatis pro tempore eligendum ad ſex menſes tantum,eſſe debere de loco diſtanti à dicta ciuitate per quindecim miliaria ad minus,& de alio loco oriundum, quàm præceſſor eius fuerit, & aliàs non exercuiſſe dictũ officium, vel aliud in dicta ciuitate ab annis quinque aliàſq; ſaltim per ſemeſtrale tempus eum exercuiſſe aliquod officium præturæ,vel iudicatus alicuius alterius ciuitatis,vel terræ, & aliter eum proponi, & eligi non poſſe,nec debere:& electionem,ſi qua fieri contingerit contra formam præſentis capituli,nullam fore,& eſſe: nullamq; roboris firmitatem habere: Electioneq; eius,qui fuerit de loco diſtanti, & exercuerit officium vt ſupra infraſcriptis modo, & forma faciendam videlicet,quòd Magnifici domini Priores ciuitatis prędictæ,qui pro tempore fuerint facta ipſis fide de præmiſſis, debeant, & teneantur ſub vinculo præſtiti iuramenti,& pœna vigintiquinq; librarum denariorum pro quolibet dictorum Dñorum Priorũ Cõmunitati dictæ ciuitatis ipſo facto applicandorũ, tpe, quo eis videbitur congregari facere loco,& more ſolitis,& cõſuetis magnificũ dictæ ciuitatis cõſiliũ centũuirale,eoq; in ſufficienti numero cõgregato,ſeu coadunato (vt moris eſt) ꝓponere debeāt, aut eorum cõfalonerius,ſiue caput prior nomine omniũ debeat propoſitam facere de eo, qui quærat prætor eligi, ſeu præturæ electionem conſequi,an placeat illum ad talem electionem eligere, ſeu illi eam concedere. Et redditis ſuper tali propoſita de curionum conſiliis, illiſq;, aut aliquo eorũ, prout dictis magnificis domini Prioribus,& nouemuiris dictę ciuitatis magis placuerit(vt moris eſt) ad ſcrutinium poſitis,ſeu poſito,& ſuffragiis quorumcunq; poſtea redditis,videre an placuerit eidem electionem cõcedere præmiſſam. Et ſi repererint eã placuiſſe, & per duas partes de tribus obtentam, talis electio, (ſic vt ſupra præmittitur facta, valeat,& teneat,& omnimodam,& irreuocabilem habeat firmitatem, & ſi aliter fieret, non valeat,& ſit penitus & omnino nulla.

De aduentu,& ingreſſu Prætoris. Caput. .III.

STATVIMVS, & ordinamus quòd Prætor ciuitatis Fulginiæ, qui pro tempore fuerit electus,& electionẽ acceptauerit: cõfirmationeq; electionis à S. D.N.

habuerit

habuerit: debeat ſe conferre vna cum omnibus ſuis officialibus, totaq; eius familia, omnibus ſuis ſumptibus,& expenſis,abſq; aliquo dictæ noſtræ ciuitatis intereſſe,per biduum,antequàm ineat officium,ad eccleſiam ſanctę Mariæ in Campis prope ciuitatem prædictam exiſtentem,ibiq; per dictum biduum,aut per vnam diem, & noctē permanere,eidemq; eccleſiæ dare,& dimittere duos ducatos auri. Quòdq; in die, quo aditurus eſt officium cum dictis officialibus,& familia,ac cū vexillis apertis, cęteriſq; ſolennitatibus ſolitis,& requiſitis ſe conferre ad eccleſiam ſancti Felitiani dictæ ciuitatis protectoris antè ſe ferri faciēs brauium vnum ſiriceum valoris florenorum decem monetæ papalis,dandum, & dimittendum vna etiam cum vno ducato auri eccleſiæ prædictæ ſancti Felitiani, Et duas pateras argenti ligarū octo, & vnciarum ſexdecim ſuis armis ornatas dandas,& dimittendas pro vſu palatij dictæ ciuitatis reſidentiæ. M. Dñorum Priorum, & quod ſi abſq; dictis confirmatione, ſolennitatibus,& rebus acceſſerit ad officium,non admittatur. Eodemq; die coram conſeruatoribus legum,& in manibus Cancellarij communitatis prædictæ iuramentum in forma ſolita pręſtare debeat,& teneatur de bene,& fideliter exercendo ſuum officiū. Et de ſeruando dictæ ciuitatis capitula,& Statuta quæcunq;, ac reformationes tam editas, quàm edendas, & præſertim capitula edita in fauorem montis tam pietatis, quam frumentarij,& in fauorem ciuium noſtrorum ad extraordinaria deputatorū, maximè contra inobedientes eorum mandatis, & aliàs prout in capitulo ſub rubrica de iuramento prætoris inferius deſcripto & annotato.

De iuramento,& iurata promiſſione Prætoris. Caput. IIII.

ITEM dicimus, & ordinamus quòd dominus Prętor ciuitatis Fulginiæ, eiuſque comitatus,fortiæ,& diſtrictus teneatur,& debeat iuramētum præſtare, & iurando promittere, ſub infraſcriptis modo, forma,& continentia videlicet. Deo optimo, maximoq; inuocato. Ego prætor ciuitatis Fulginiæ, eiuſq; commitatus,& deſtrictus iuro,& iuramento promitto, Deo omnipotenti, & Cancellario Magnificorum dominorum Priorum Magnificæ ciuitatis Fulginiæ præſenti, acceptanti, & ſtipulanti nomine & vice communis Fulginiæ,& ſpetialium perſonarum ipſius,omniumq; quorum intereſt, intererit,aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum, ad delationē dicti Cancellarij libro corporaliter manu tacto,ad ſancta Dei euangelia fidē catholicam,ſecundum apoſtolicam,& euangelicam doctrinam ſeruare, fidelemq; fore, & eſſe .S. D. N: S. ſedi apoſtolicę, Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo.D. Legato, Peruſiæ Vmbrięq;, eiuſq; Reuerendiſſimo Vicelegato,ac Dño Gubernatori ciuitatis Fulginię, necnon communitati,& conſilio eiuſdem ciuitatis: Ciuitatemq; ipſam, & populum mihi commiſſum à die principij mei regiminis,vſque ad finem: libertatem, honorem, iuriſdictionem,ſtatum pacificum eiuſdem regere,& defendere,conſeruare, manutenere,& propoſſe augumentare: Ciues,populares, & comitatiuas perſonas omnes eiuſdem ciuitatis,pōpuli,& comitatus,cuiuslibet ętatis,ſexus,ſtatus,gradus,conditionis,& qualitatis,& pręſertim religioſas pſonas,viduas,pupillos,& alios miſerabiles homines: Et eccleſias,hoſpitalia,loca religioſa & eorum bona,& iura. Officium Magnificorum dominorum Priorum, Nouemuirorum, Præſidentium iuſtitiæ, Viginti de numero nuncupatorum: Superſtitum nundinarum: Octo Montis pietatis. & aliorum forſan deputatorum à dicta communitate,& cōcilio: Artes, & artifices dictæ ciuitats,ac comitatus eiuſdem. Statuta omnia, capitula etiam mihi traſmiſſa tempore meę mihi tranſmiſſæ electionis,reformationes,ordinamēta, prouiſiones,& decreta facta,& in futurum facienda per dictos dominos Priores, & conſilium

ſilium dictę ciuitatis,& per quoſcunq; alios auctoritatem habentes, & in eis contēta attendere, & penitus obſeruare,& obſeruari facere: Et ſtare cū tota familia,& equo quam, & quem tenere debeo ad dictum officium regendum,& exercendum. Et cōtinuè permanere in dicta ciuitate Fulginiæ pro eo adminiſtrando pro ſalario tantū per dicta Statuta conſtituto pro me,meiſq; officialibus,& tota mea familia, & mihi in electione tranſmiſſa,& capitulis eiuſdem expreſſo,& declarato ac promiſſo: & ei ſtare,& acquieſcere,& vltra id, aliquid non petere,nec recipere: nec peti, & recipi facere: nec petere aliquod aliud arbitrium, vel licētiam,ſed ſtare,& acquieſcere arbitrio,& licentiæ mihi per dicta ſtatuta conceſſis: Inſuper de dicta ciuitate non diſcedere,ſed ſtare vt ſupra cum tota familia,officialibus,& equo; & in ea moram trahere,niſi irem cauſa dicti communis,aut officij exercendi,vel aliàs cum licentia dicti Magnifici Concilij dictæ ciuitatis,vel niſi mea familia,vel aliquis ex ea,iret ex cauſis vt ſupra,vel aliqua earum: Et per me,vel alium,ſeu aliquem de mea familia, vel ſubmiſſam & perſonā aliquā,aliquod enſenium,donum,vel præſtantiam, cōmodatum, ſiue depoſitum in pecunia,vel rebus aliis,aut partem aliquam condemnationis, ſeu banni ab aliqua de dicta ciuitate,vel eius comitatu,vel incola,aut forenſe, aut aliq̄d aliud mihi prohibitum per præmiſſa ſtatuta,reformationes,prouiſiones,capitula, & decreta,non recipere,nec acceptare: Iuſtitiam cuilibet petenti facere, & per meos officiales fieri facere,& ipſam nemini denegare;punire hęreticos,ſciſmaticos,eorūq; receptores, fautores: homicidas,veneficos,falſarios,fures,latrones,ſacrilegos, inceſtuoſos, adulteros,percuſſores,& alios quoſcunq; malefactores, & malę conditionis homines,iuxta iuris cenſuram: Et bannitos,& alios rebelles in manibus, & in fortia mea habere,& punire quantum in me erit,procurare: Executiones facere,& fieri facere per meos officiales pro mercede mihi,& eis taxata,& non maiori: Collectas impoſitas,& imponendas non ſolutas: & condemnationes,& omnes redditus dicti cōmunis exequi,& ad manus cammerarij communis prædicti, & non alterius perueniri facere: Offerentes nobis aliquid illicitum,& ſimoniacum reuelare,& manifeſtare in conſilio dictę ciuitatis: Habereq; ſemper manus meas puras,& candidas,& ab huiuſmodi illicitis perceptionibus nunquam pollutas: Stareq; finito meo officio cum tota mea familia,& officialibus in dicta ciuitate ad reddendum rationem noſtri officij per tempus in ſtatutis,& capitulis dictę ciuitatis contentum,cuilibet de nobis,vel aliquo de noſtris officialibus, & familia conquerenti: Nec facere nos, aut aliquem de noſtra familia,uel officialibus abſolui officio noſtro durante: & Sindicatoribus noſtris, eorumque conſultoribus taxatum nobis ſalarium ſoluere, & eorum ſententiæ acquieſcere,& nō appellare ab ea,aut de nullitate dicere,vel ſupplicare.Et quod aliquis ex noſtris officialibus,& familia non appellabit: Et quòd nec aliquid opponam,vel obiiciam,vel obtinere procurabo: nec opponet,obiiciet & obtinere procurabit. Et caſu quò appellarem,vel appellaret: de nullitate dicerem, vel diceret: & obtinerem,vel obtineret appellari poſſe, & appellatione vterer, vel vteretur: uolo quòd ea ſit,& eſſe debeat ex nunc prout ex tunc, & contra,nulla, irrita,& inanis: & pro nulla,nulliuſq; momēti habeatur,& quòd in ea non audiar,neque audiatur: & ei ex nunc prout extunc, & contra renuntio: Et volo, atq; intendo quòd per eā executio dictæ eorum ſententiæ aliquo modo non retardetur,aut impediatur. Et quòd circa cuſtodiam dictæ ciuitatis,Caſtrorum,& locorum,& fortilitiorum, & comitatus,& diſtrictus per me,& officiales meos,& familiares ero ſollicitus, & attentus: familiamq; meam mittam de die,& de nocte pro cuſtodia ciuitatis inquirendo, & ri-

mando

mando pro euntibus,& facientibus contra formam ſtatutorum , & ordinamētorum prædictorum. Et quòd omnia alia,& ſingula faciam,& per meos officiales fieri faciā, ad quę teneor,& tenentur vigore alicuius ſtatuti,reformationis,prouiſionis, capituli,aut decreti dictæ ciuitatis bene,& legaliter & puris manibus amotis odio, amore, timore,prece,pretio,fraude,lucro illicito,& omni alia humana gratia,& eorum aliquod non p̄termittam ſub pœnis de quibus in dictis ſtatutis,reformationibus , capitulis,prouiſionibus,& decretis dictæ ciuitatis reſpectiuè incurrendis ſecūdum emergentiam caſuum in quibus contrauentum fuerit,& applicandis prout in eis.

De officio Prætoris. Caput. V.

QVoniam vbi fidei fundamentum deeſt,nihil boni ſuperędificari poteſt . Statuimus,& ordinamus in primis, volumuſq; Prætorē dictę ciuitatis ſub tali religione verſari,quam diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis , religio vſq; adhuc ab ipſo inſtituta,declarat . Ipſum deinde fideliſſimum,ac deuotiſſimum fore , & eſſe ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ , S. D. N. & communitati ciuitatis Fulginiæ.Et quòd idem p̄tor teneatur ne dum ad omnia,& ſingula obſeruanda,& adimplēda, q̄ exp̄ſſa, & ſpecificata apparent,& leguntur in ſtatuto,ſeu capitulo proximè p̄cedenti ſub rubrica de iuramento p̄toris,vigore p̄ſtiti iuramenti,& ſub pœnis iam dictis , q̄ omnia hic pro expreſſe repetitis,& ſpecificatis haberi volumus . Sed etiam ad omnia & ſingula infraſcripta vigore dicti p̄ſtiti per eum iuramenti, & ſub pœnis incurrendis , & applicandis prout inferius ſi contrafactum fuerit,in illis,aut eorum aliquo videlicet , vt idem p̄tor continuè in memorato officio retinere debeat toto tempore ſui officij ſuis ſumptibus,ſalario,& expenſis infraſcriptos officiales videlicet vnum Collateralem legum doctorem,expertum,ſufficientem,& idoneum per Magnificos Dominos Priores,& Conſilium dictæ ciuitatis eligēdum iuxta capitulum inferius poſitum ſub rubrica de electione Collateràlis,& eius officio, cui per ſemeſtre pro eius ſalario darē & ſoluere teneatur de ſuo florenos ſexaginta papales : Ac duos ſocios milites probos,& expertos : Duos notarios extraordinariorum legales,quorum nullus ſit ciuīdas ex loco,qui ſaltem ad minus non diſtet à ciuitate p̄dicta per miliaria quindecim, & quorum aliquis non geſſerit officium in dicta ciuitate per quinquēnium , famulos duodecim armis aptos,& competēter armis,ac veſtibus munitos: Domicellos duos, & equum vnum bonum,& apparentem valoris ad minus viginti ſcutorum auri : De quorum nominibus,& cognominibus,ac locis,in quibus ſunt oriundi, & ſignis reſpectiue,notulam dare debat magnificis dominis prioribus,& conſeruatoribus,dictæ ciuitatis per dictos dominos priores,& conſeruatores legum cancellario dictæ ciuitatis tradendàm,& per eum conſeruandā . Et de illis reſignationem, ſeu monſtram facere teneatur ſingulis quindecim diebus coram dictis dominis prioribus , & legum Conſeruatoribus,vel ſaltem aliquo dictorum Conſeruatorum, aut aliàs toties quoties eis,aut ſolis dictis dominis prioribus viſum fuerit,eorumq; libero arbitrio infra pauciores dies,ſeu breuius tempus . Et qui caſſationi, & correctioni eorundem ſubiecti ſint , incurratq; præfatus dominus prætor toties pœnas infraſcriptas , aut aliquam earū reſpectiue in caſum contrauentionis,quoties inuentus fuerit ſupradictos, aut aliquem eorum non retinere,& hoc modo videlicet.Pro Collaterali non retento , ſeu puntato pœnam decem ducatorum auri , pro quolibet ſociomilite pœnam duorum ducatorum auri : Pro quolibet notario extraordinario pœnam vnius ducati auri : Proquolibet famulo ſeu birruario , & equo carlenorum octo pro quolibet domicello carlenorum quatuor ſoluendam , ac ſtatim exigendam de ſalario

dicti domini p̄tores per camerarium dicti communis à miniſtris cammeræ pro ipſo communi,& ad eiuſdem vtilitatem. Teneatur etiam toto tempore ſuæ p̄turæ,poſtq̄ illam inceperit in palatio dicti communis ſibi deputato continuè habitare,& reſidere,& non alibi. Nec poſſit ire ad alicuius alterius ciuitatis,vel terræ regimen,vel officium aliquod dicta p̄tura durante, ſed ſtare,& non diſcedere debeat de dicta ciuitate,eiuſq; officio ſub pœna quinquaginta ducatorum auri de eius ſalario retinendorum,& exigendorum vt ſupra in caſum contrauentionis quòd non perfectum fuerit vt ſupra. Teneatur etiam ſceptrum iuſtitię in ſuis manibus deferre, & domicellum vnum ante ſe ducere,cum pileo,& enſe iuxta laudabilem conſuetudinem quoties de palatio ſuæ ſolitæ reſidentiæ de die exire contigerit. Et curare quòd eius Sociimilites per dictam ciuitatem euntes clauas deferant ad pœnam vnius ducati auri applicandam dicto communi, & de ipſius ſalario pro ipſo communi exigendã,& retinendam vt ſupra pro qualibet vice in caſum contrauentionis cuiuſq; reſpectiue. Teneat̄ etiam portare literas validas ſuæ comunitatis,quarum virtute eadem communitas ſe obliget non conceſſuram repreſalias,& ſe quomodocunq; eis habitis,aut ſibi conceſſis non vſurum: Ac ſe non impetraturum eas quoquo modo ob ſalarium prædictũ à camera, ſiue eius miniſtris ſibi non ſolutum, aut ob condemnationem contra ſe, vel ſuos officiales,aut aliquem eorum latam,& factam in ſindicatu. Nec poſſit extra ciuitatem Fulginiæ pernoctare niſi cauſa officij,& pro exequendo dicto ſuo officio. Et minus ſe abſentare à dicta ciuitate ex aliqua alia cauſa niſi prius obtenta licentia à magnifico conſilio dictæ ciuitatis,& poteſtas qui ſe abſentauerit per aliquot dies, aut aliàs ſolum extra ciuitatem pernoctauerit ſine licentia vt ſupra durante dicta p̄tura,cadat in pœnam centum librarum denariorum applicandam dicto communi ipſo facto,& per Camerarium dicti communis exigendam,& in ipſum cõmune traſferendam: Idemq; p̄tor poſſit,& teneatur cognoſcere de cauſis ciuilibus, & criminalibus, ac extraordinariis: ipſaſq; terminare,& deffinire: Et facer̄ debeat ſingulis mẽſibus condemnationes de maleficiis. Et teneatur iura communis Fulginiæ defendere,ac tueri,& pro ipſis inueniendis,defendendis,& conſeruandis inueſtigare omni, qua poterit exactiori diligentia. Et teneatur cunctis petentibus ius,& iuſtitiam miniſtrare. Ex ſedere publice,& palam pro tribunali ad eius ſolitum bancum iuris ad ius reddendum,& cauſas audiendum de mane in loco conſueto ſuæ ſolitæ reſidentię omnibus diebus iuridicis à ſono pulſatæ campanæ pro iure reddendo vſq; ad tertias. Et in cauſis criminalibus ad inquiſitiones,& acta ſcribenda habebit deputatum notarium maleficiorum: In cauſis verò ciuilibus habebit tres notarios de dicta ciuitate Fulginię,qui pro tempore extrahentur de buxulo notariorum dictę ciuitatis facto ꝑ magnificũ cõſiliũ dictæ ciuitatis, & qui acta ciuiliũ cauſarum cõſcribent,& ſe circa criminalia,vel dependentia ab illis non intromittent,ſicut & notarius maleficiorum p̄dictus circa ciuilia,annexa,& emergentia,ac dependentia ab illis quomodolibet ſe intromittere non debet pœna à quolibet eorum in prædictis contrafaciente .25. librarum denariorum qualibet vice incurrenda, & communi p̄dicto Fulginiæ applicanda: Teneatur etiam querelas omnium audire,& accuſatorum,ac ſindicorum, & aliorum ad quos ſpectat denũtiationes recipere,audire,cognoſcere,& excuſationes, & teſtes diligenter examinare,& alia facere,quę viderit facienda,& ad eius officium ſpectare,& pertinere: Eiuſq;,& alias cauſas quaſcunq;,& inquiſitiones ad querelas, ſeu ex officio inſtitutas deffinire,& deffiniri facere per ſuos officiales infra tempus ſtatutum, & ordinatum per commune dictæ ciuitatis. Et tractare inter partes de cõ-

cordia

cordia facienda ſi de partium fieri poterit voluntate. Ac conſuetudines laudabiles, & approbatas obſeruare,& tractare,& facere teneatur omnem honorem,& vtilitatē ciuitatis Fulginiæ,& habitantium in ea: Non tamen poſſit alicui præceptum facere niſi ſub pœna .25. librarum denariorum: Nec aliquem inuitum cogere ad abolendum,ſeu aboleri faciendum,ſeu caſſari aliquem proceſſum, vel aliquam condemnationem: Nec debeat alicui aliquam verecundiam, iniuriam, vel damnum inferre: Nec prohibitionem facere ne ius ſuum,vel amicorum ſuorum petat, aut proponat: Nec habeat ipſe p̃tor,nec aliquis de ſua familia,& officialibus nimiam conuerſationem,& familiaritatem cum aliquo Fulginate: Et non poſſit ipſe, nec aliquis eorum aliter hoſpitari,nec comedere,aut bibere cum aliquo Fulginate, vel habitatore ipſiꝰ ciuitatis,clerico,vel laico in ipſa ciuitate. Sed extra ipſam poſſit cum Fulginatibus bibere,& comedere quando pro aliqua ambaſiata pergeret cum eiſdem: Et quòd ſi contigerit ipſum p̃torem quandoq; ire pro aliqua re pertinenti ad ipſam communitatem cum ſuo equo,nō poſſit,nec debeat habere,nec petere aliquo modo aliquam vecturam dicti equi,aut aliquam mercedem ſui,& ſuorum pro acceſſu p̄dicto à dicto communi,ſeu eius cammerario,& ſi contrafecerit,perdat de ſuo ſalario libras denarium quinquaginta habendas,& applicandas vt ſupra: Itē dictus p̃tor faciat, & fieri faciat per eius officiales condemnationes forenſium ſecundum formam ſtatutorum dictæ ciuitatis cum eis,quæ occurrerint facienda,& ſi aliter faceret, in quinquaginta libras denariorum communi Fulginię vt ſupra condemnetur. Et quòd dictus p̃tor,& eius officiales nihil poſſint in pecunia,vel rebus petere, vel habere ab aliquo ex quacunque cauſa captiuo ciuitatis Fulginiæ,ſeu eius comitatus,& diſtrictus, quē aliquis detineret, ſeu detineri faceret in carcere ad pœnam præſtiti iuramenti, & vigintiquinq; librarum denariorum,à quolibet eorum de ſalario cuiuſq; eorum cōtrafacientis auferenda,habenda, & applicāda vt dictū eſt. Et ipſe p̃tor teneatur dictos carceres cuſtodiri facere ſuis expenſis. Et ſi aliquis detineretur in dictis carceribus occaſione alicuius maleficij,ſeu debiti pro aliqua pecuniaria quantitate,qui aufugeret de dictis carceribus,quòd ipſe p̃tor teneatur ad reſtitutionem,& ſolutionem debiti, ꝑ quo eſſet detentus,vel condemnatus occaſione,condemnationis de eo factæ. Et ſi detineretur pro aliquo maleficio, pro quo pœna mortis eſſet imponenda: vel impoſita,vel alia quæuis corporalis in mille librarum denariorum pœnam incidat dictus p̃tor applicandam dicto communi vltra pœnam iuris communis. Item quòd de cauſis tam ciuilibus,quàm criminalibus,ordinariis, commiſſariis,ac aliàs quomodocunq; coram eo agitandis non poſſit,nec debeat ſportulas accipere à Fulginatibus, ſeu habitatoribus dictæ ciuitatis,eiuſq; comitatus,& diſtrictus. Item quòd in executionibus quaruncunq; cauſarum ciuilium per ipſum,aut aliquem ex ſuis officialibus faciendis,etiam ex quacunq; cauſa commiſſis,& relaxatis,non poſſit petere, habere, & exigere niſi bononenum vnum pro quolibet ſcuto intra ciuitatem,extra vero ciuitatem,& per totum illius comitatum, & diſtrictum duos bononenos. In criminalibus vero executionibus etiam ex quacunq; cauſa faciendis intra dimidium groſſum, extra vero ciuitatem,& per totum illius comitatum, & diſtrictum integrum etiam groſſum pro quolibet ſcuto. Et hoc intellecto quòd executionis huiuſmodi præmiū p̃miſſum illi,ſeu illis non debeatur,niſi executione cum effectu facta. Item quòd non poſſit ipſe p̃tor nec aliquis ex ſuis officialibus pœna .25. librarum denariorum,& intereſſe Montis pietatis per quemlibet contrafacientem vice qualibet incurrenda, & dicto communi de facto applicanda,executionem aliquam facere niſi per bullectum

ſubſcriptum à cancellario dictæ ciuitatis,& ſigillo paruo dicti communis ſigillatum.
Item non poſſit,nec aliquis eius officialis poſſit in Cuppis, ſeu tegulis aliquam domū
etiam exiguam,vel quid aliud cohoperiētibus: in bobus,vomeribus,cultris aptis, &
temptis pro laborando executionem facere pœna qua ſupra proximè per contrafa-
cientem qualibet vice incurrenda, & dicto communi applicanda,& minus eam face
re poſſit, in pannis de dorſo,& à lecto: Si in aliis facere poteſt,de quo ſtetur dicto Ba
iuli & vnius teſtis de vicinia ex cauſa,& debito ciuili contra aliquem pœna eadē ꝓ-
ximè dicta incurrenda,& applicanda vt ſupra. Non poſſit etiam cōtra forenſes por-
tantes graſſiam ad dictam ciuitatem quacunq; die aliquam facere executionem in ci
uitate,vel itinere pro cauſis,& debitis ciuilibus, & minus contra montanos comita-
tus,& diſtrictus dictæ ciuitatis,in ciuitate,vel itinere in die Sabbati ex cauſis ciuilibꝰ
prædictis poſſit aliquam facere executionem pœna proximè deſcripta per contrafa-
cientem quolibet dictorum caſuum,& qualibet vice incurrenda, & applicanda vt ſu
pra. Item quòd non poſſit præfatus pretor,& minus notarius ad maleficia deputatus
quouis modo,acquæſito colore recipere pecunias,mercedem, aut rem aliquā à Cō-
ſulibus,Scindicis,& aliis quibuſcunq; denuntiatoribus,accuſatoribus,vel reportato-
ribus aliquorum maleficiorum tam commiſſorum intus,quàm extra ciuitatem præ-
dictam,& committendorum ſub iam dicta pœna incurrenda,& applicāda vt ſupra.
Item quod de bononeno vno ſoluendo pro qualibet petitione facienda in ciuilibus
cauſis coram Sociomilite ſcribenda per notarium dicti Sociimilitis de buxulo nota
riorum dictæ ciuitatis extrahendum,aut aliàs quomodocunq; deputandum nō poſ-
ſit, nec debeat ipſe,vel dictus eius Sociuſmiles vllo pacto habere, & cōſequi aliquam
partem ſub pœna prædicta incurrenda,& applicāda. Item quòd requiſitus à Magni-
ficis Dñis Prioribus,ſeu Cammerario cōmunis ꝑdicti,aut à notario capellæ .S. Cor-
poris Chriſti,vel præfectis montis pietatis,vel frumentarij,vel eiuſdem exactore:te-
neatur exigere cum effectu,& exigi facere omnia,& ſingula credita eorum reſpecti-
ue,& relicta per ſimplicem extractum,qui habeat vim bullecti executiui, & de facto
ſine vlla requiſitione,vel citatione,aut alia iuris ſolennitate: & perueniri facere ad
manus cammerarij,& exactoris,ac notarij prædicti reſpectiuè gratis, & ſine merce-
de aliqua ſub pœna decem librarum denariorum incurrenda, & applicāda vt ſupra.
Item quòd cum effectu facere teneatur,& faciat,vt quiſq; ex ſuis Sociiſmilitibus,vel
ex aliis ſuis officialibus executurus,vel facturus,aliquam executionem,ſeu faciens,ſe
cum ducat,& habeat vnum Baiulum,vel Sindicum loci in quo ſit executurus,aliàs fa
cta executio ſit nulla,& nihilominus Prætor vbi contrafactum fuerit teneatur ad pœ
nam vigintiquinq; librarum denariorum de facto auferendam,& ipſi communi dic-
tæ ciuitatis applicandam vice qualibet contrauentionis, & ſi fortè aliquis ageret ꝓ
aliquo pignore in huiuſmodi executione,aut aliàs quomodocunq;, & qualitercunq;
exequendo ablato,& deperdito: ſufficiat ipſi petenti,& agenti ſola probatio Baiuli,
vel Sindici prædicti,cui plena fides adhibeatur, Sitq; eius depoſitio, & dictum ſuffi-
ciens,& plena probatio pro pignore ablato,& deperdito,& eius qualitate, & valore
ſi recordatur,& ſciat: Sin autem non ſufficiat pro plena probatione aſſeueratio do-
mini cum iuramento ipſius præmiſſa tamen ſupradictorum iudicis, aut ſindicatorū
taxatione. Item quòd nec dictus Prætor,nec eius officiales poſſit, & poſſint vllā pe-
tere refirmam niſi vltimo menſe ſui offitij,neq; impetratam, ſiue datam gerere: nec
ſindicatum infra tempus: nec vexillum poſtulare ſub pœna ducētarum librarum de-
nariorum de ſuo ſalario retinendarum,& dandarum,ac applicandarum dicto com-
muni.

muni. Et ſi forte refirmatus fuerit,& ad gerendum officium admiſſus fuerit,teneatur ſoluere mercedem electionariorum,de quibus infra fit mentio : & mercedẽ electionis integram pro quolibet ſemeſtre,etiam ſi ſit pro vno,duobus,aut pluribus menſibus. Item quòd requiſitus à Magnificis Dñis Prioribus,vel ex eorum parte,teneatur illos extra palatium comitari cum tota familia,aliàs punctari debeat in.25.libris denariorum ſoluendis,& applicandis vtſupra. Item quòd teneatur cum effectu facere quòd nullus ex ei⁹ officialibus,& notariis extraordinariis poſſit vel debeat vllo vnq̃ pacto ſe rogare de inſtrumentis quomodocunque celebrandis in cauſis ciuilibus,& emergentibus,ac dependentibus ab eis,& minus fideiuſſionibus dandis,& preſtãdis de non diſcedendo de palatio,vel de ſe repreſentando,ac de ſtando iuri, vel aliàs quomodocũq; & qualitercũq; ex cauſa debiti nõ ſoluti,vel dãnorũ datorũ, vel ex q̃cunq; alia deſcẽdte,ſeu cauſata ex cauſa ciuili.Et nullus ex eius officialib⁹,& notariis præmiſſis poſſit inſtrumentum,nec inſtrumenta conficere, & ſi confecerit,nullum,& nulla ſint penitus,& omnino,& nihilominus pœnam incurrat 25. librarum denariorum ipſo facto,dicto communi applicandorum,& ad intereſſe dicti notarij Socij militis teneatur. Item quòd Pretor teneatur facere notarium maleficiorum obſeruare penitus,& omnino capitula facta ſuper exercitio eiuſdem,& in eis contenta,de quibus in capitulis,& rubrica de officio notarij maleficiorum. Item præfatus Dñus Pretor pro toto tempore ſui ſemeſtralis officij habere debeat pro ſuo ſalario, & dictorũ ſuorum Sotiorum militum,officialium,familia,& equo,& pro expenſis, pro acceſſu, mora,& reditu,nec non pro charta,atramento,cera,lumine,& pro quocunq; alio ꝑtinente ad dictum eius officium,& neceſſario pro exercendo dicto officio florenos quatringentos quinq; monetę papalis de bimeſtre in bimeſtre ſoluendos per exactorem cameræ apoſtolicæ Fulginatenſis pro rata,& de pecuniis ipſius cameræ apoſtolicæ,& in vltima ſolutione quietationem faciat ſolennem,& in forma, ita tamen quòd dictam vltimam ſolutionem non poſſit petere,nec habere niſi finito ſindicatu. Et ꝙ ita etiam fiat ſi vltra ſemeſtre dictum offitium durare contigerit. Et quòd de dicto ſalario teneatur ſoluere omnes,& ſingulas retentiones per ſedem apoſtolicam impoſitas, ſeu imponendas,& ad has expreſſas videlicet.

Monti Pietatis bononenum vnum.
Medicis bononenos duos.
Fabricæ ſancti Felitiani bononenum vnum
Fabricæ capellæ .S. Corporis Xp̃i bononenũ vnũ.
Fabricę hoſpitalis pietatis medium bononenum.

Pro ſingulo floreno ſui ſalarij.

Et quòd teneatur ſoluere tubicinibus M.Dñrum Priorum dictæ ciuitatis Fulginię carolenos octo pro quolibet ſemeſtre,& campanario carlenos duos : Notario,ſeu Cancellario dicti communis qui ſuam familiam ſcribet,pro prima vice florenum vnum, & bononenos quatuor pro caſſatura,& remiſſura cuiuslibet officialis,aut famuli,ſiue equi : Notariis vero condemnationum pro auſcultationibus ſententiarum teneatur ſoluere florenum vnum monetæ papalis ſingulo ſemeſtri. Item electionariis,qui illũ elegerunt,teneatur dare florenos ſex monetæ papalis pro communitate, & denique caballario,qui electionem portauerit,ducatos auri octo papales quorum quatuor cãcellario,qui electionem, & capitula ſcripſit,debentur : duo communitati,& duo ipſi caballario,cui teneatur etiam ſoluere vnum tertium floreni die quolibet pro ſuo viatico,quas ſummas eidem caballario (vt præmittitur) ſoluere teneatur : & ipſe idem caballarius,teneatur reddere,& conſignare tam communitati, quàm cancellario vt

ſupra

ſupra ratam ſuam tantummodo retinendo, Et ſi ſecus fecerit teneatur de ſuo. Et ꝙ debeat ſtare tacitus,& cõtentus de dicto ſalario,& plus à dicto communi, vel aliqua alia ſingulari perſona quoquo modo, vel aliquo quæſito colore non petat, exigat, vel recipiat; niſi quantum permittitur ſibi,& officialibus ſuis ex ſcripturis,& actis,& executionibus ſecundum formam ſtatutorum dictæ ciuitatis. Declarantes, & decernẽtes quòd, ſi ipſum licentiatum à dicto conſilio extra ciuitatem prædictam ſtare contigerit ſanum vltra dies, per quos licentiã habuiſſet,& infirmum vltra dictos dies licẽtiæ per alios viginti dies, abinde ſupra ꝑ tp̃s quo abſes fuerit, ſalarium cõſequi nõ debeat, & minus eius heredes integrum eius ſalarium conſequi debeant, ſi ipſum mori contigerit in ciuitate, vel extra durante officio, ſed pro rata temporis tantum, quo viuus inſeruiuit legibus,& aliis quibuſcunq; contrarijs non obſtãtibus: Et quòd finito eius officio teneatur ſtare ad ſindicatum cum omnibus,& ſingulis ſuis officialibus,& familia per ſex dies continuos à prima ſexione. DD. Sindicatorum eius, corã Sindicatoribus,& Conſultore in ciuitate prædicta; In quo quidem ſindicatu nullus de dicta ciuitate poſſit eſſe illius, collateralis, notariorum prædictorum, ſociorum militum,& familię procurator,& aduocatus pœna priuationis officiorum dictæ ciuitatis: Quibus quidem Sindicatoribus,& Cõſultori ſoluere teneatur florenos octo monetæ papalis; à quorum ſententia proſe, vel pro aliquo ex ſuis officialibus appellare, recurrere, de nullitate dicere, vel aliàs ſupplicare non poſſit: & ſi contrafaciat, omnis appellatio, dictio nullitatis, recurſus,& ſupplicatio nullius ſit roboris,& momenti, & nihilominus talis appellatio, nullitatis dictio, & ſupplicatio executionem ſententiæ nullatenus impediat,& appellans, recurrens, de nullitate dicens, & ſupplicãs incidat in pœnam quinquaginta librarum denariorum applicañ. dicto communi vt ſupra. Et quòd in omni caſu, in quo ſupra non eſſet appoſita pœna, intelligatur adiecta pœna 25. librarum denariorum incurrenda per ipſum pro qualibet vice ſuæ contrauentionis ipſo facto,& ipſi communi applicanda. Et cum fuerit abſolutus, à dicta ciuitate diſcedat cum dictis officialibus,& familia omnibus ſuis ſumptibus, & expenſis, in commodis, periculis,& fortuna.

PAVLVS Papa.III. Ad futuram rei memoriam. Cum, ſicut exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij communitas,& homines ciuitatis noſtræ Fulginiæ, quòd licet ex antiqua, hactenuſq; pacifice obſeruata conſuetudine, executiones, quæ in ciuitate prædicta pro tempore faciendæ ſunt per executores Poteſtatis eiuſdem ciuitatis pro tempore exiſtentis fieri debeant, & in illis faciendis aliqui alij officiales ſe intromittere non poſſint; Nihilominus Gubernatores dictæ ciuitatis, eorumq; officiales,& miniſtri pro tempore exiſtentes in alienam meſſem falcem immittentes, executiones huiuſmodi per alios, quàm dictos executores facere nitantur in maximam dictæ ciuitatis,& eius quietis perturbationem. Quare nobis pro parte communitatis,& hominum præfatorum fuit humiliter ſupplicatum, vt in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur, Nos igitur, qui omnium ſubditorum noſtrorum præſertim peculiarium,& deuotorum quietem ſynceris deſideramꝰ affectibus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ ciuitatis Gubernatori, eiuſq; officialibus, & miniſtris, ſub excommunicationis pœna inhibemus per præſentes ne de cętero quouis prætextu, aut quæſito colore per alios, quàm executores prædictos contra dictam conſuetudinem executiones ꝓdictas facere, aut in illis quomodolibet ſe intromittere audeant, vel præſumant: irritum,& inane decernentes ſi ſecus ſuper his à quoquàm quauis auctoritate cõtigerit attentari.

attentari . Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus, ac quibuſuis priuilegiis,indultis,& literis apoſtolicis eiſdem Gubernatoribus,ſub quibuſcunq; tenoribus,& formis conceſſis, approbatis,& innouatis : cæteriſq; contrariis quibuſcunq; . Volumus autem quòd executores poteſtatis pro tempore exiſtentis conſuetum ad executiones faciendas miniſtrorum numerum teneant,quodq; communitas , & homines prædicti quandocunq; à Gubernatore pro tempore exiſtentente deſuper requiſiti fuerint,opportunum,& neceſſarium auxilium, & conſilium pbeant : alioquin præſentes nullius ſint roboris, vel momenti . Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris. Die 18. Nouembris M. D. XXXIIII. Pont.noſtri Anno primo

Fabius Vigil.

## De Collaterale D. Prętoris, & eius electione. Caput. VI.

STATVIMVS & ordinamus quòd Dñus Collateralis domini Prætoris ciuitatis Fulginiæ ſit, & eſſe debeat legum doctor adminus quinq; annorum , & ſaltem bis exercuerit huiuſmodi officium in aliqua alia ciuitate,vel terra : & de huiuſmodi eius adminiſtratione per literas ſuæ communitatis fidem publicam facere debeat M. Dñis Prioribus dictæ ciuitatis Fulginiæ : & paridem eiſdem fidem faciat de ipſius doctoratu à tanto tempore citra,per exhibitionem,& ſimplicem oſtenſionem priuilegij ſui doctoratus,vel per literas ſuæ communitatis atteſtantis vidiſſe , & legiſſe eius priuilegium doctoratus,vel ſaltem,ꝙ per dictum tempus ſegeſſerit pro doctore . Et ſit,& eſſe debeat de ciuitate,ſeu terra oriundus,quæ diſtet ſaltem per quindecim miliaria ab ciuitate Fulginiæ . Et de alia,non eadem : ex qua fuerit præceſſor eius in officio,oriundus : aliàs ad dictum officium eligendus proponi non poſſit . Et ſi proponeretur,propoſita non valeat,& eligi non poſſit : & ſi eligeretur , electio ſit ipſo iure nulla,nulliuſq; roboris,& momenti. Electio autem ipſius collateralis,in qua præmiſſa requiſita concurrant , & ſint : à M. D. Prioribus,& centumuirali conſilio dicte ciuitatis pro ſemeſtre tantum infraſcriptis modo,& forma fieri debeat , & aliàs facta , non teneat,neq; valeat videlicet . Quòd M. D. Priores facta eis fide,vt ſupra ,p parte eligendi,ſeu petentis electionem huiuſmodi,conuocare debeant more, locoq; ſolitis,& conſuetis coram ipſis ſpectabiles ciues Nouemuiros,quibus vtſupra cõuocatis,& coram eis,vel ſaltem maiori eorum parte exiſtentibus,vel ſaltem eorum parte maiore exiſtente debeant ipſi M. D. Priores,vel vnus eorum, primus ſcilicet priorũ, vel ſecundus eo abſente,vel aliter impedito aliqua iuſta cauſa proponere eligẽdum , & de eo propoſitam facere an placeat,quòd in conſilio cẽtumuirale fiat propoſita de eo, & eius electione ad tale officium,& ſi obtentum fuerit per maiorem eorum partem,quòd ſic fiat,& fieri debeat : poſtea de eo,in conſilio centumuirali more,modo, & loco ſolitis,& conſuetis,& in numero perfecto,& iuxta conſuetudinem ſufficienti congregato,per caput priorem propoſita fiat , an placeat talem propoſitum eligere ad dictum officium pro ſemeſtre tantum . Et redditis decurionum conſiliis ſuper ea propoſita,vt moris eſt, illiſq; ,vel vno eorum poſitis,vel poſito,prout viſum fuerit dictis M. D. Prioribus,& Nouemuiris ad partitum,ſeu ſcrutinium,per buſſulas,& palluctas,per cancellarium numerentur ſuffragia congregatorum reddita . Et ſi compertum fuerit ſuffragiis,& palluctis fauorabilibus duarum partium de tribus dictorũ M.D. Priorum,& conſiliariorum,quòd placeat talem propoſitum talem habere electionẽ , & ad dictum officium eſſe electum valeat,& teneat ſic vt ſupra facta electio. aliter autẽ facta,nulla ſit,nulliuſq; roboris,& momẽti . Factaq; vt ſupra electio poſtmodum

modum ſignificetur, & tranſmittatur electo ab ipſis communitate, & M. D. Prioribus per literas patentes manu Cancellarij eorundem ſcriptas,& ſubſcriptas,& ſigillo conſueto dictæ communitatis munitas,cum inſertione capitulorum, ad quæ ſeruanda tenetur,& ſui ſalarij,eiuſq; omnis emolumenti,ac ſolutionis per eum faciendæ ꝑ tali ſibi tranſmiſſa electione,ſi eam duxerit acceptandam , quam acceptare teneatur infra duos dies à die præſentationis eiuſdem ſibi factę per caballarium dicti communis,& infra dictum terminum ſignificare dictis M. D. Prioribus,& cõmunitati ſi duxerit acceptandam : aliàs nullum ius vlterius ſibi tribuat . Et dicto Caballario dare & ſoluere pro dicta portata electione,& ꝑ eũ acceptata ducatos auri duos ad rationem vndecim iuliorũ pro ſingulo ducato, quorũ vnus dari debeat dicto cancellario, alter vero pro dimidio dicto communi,& pro altera dimidia dicto caballario, cui caballario etiam teneatur dare vnum tertium vnius floreni monetæ pro qualibet die pro ipſius viatico.

### De iuramento D. Collateralis .D. Prætoris . Caput. VII.

STATVIMVS & ordinamus quòd .D. Collateralis.D. Prætoris ciuitatis Fulginiæ primo die ipſius officij coram M. D. Prioribus eiuſdem ciuitatis, & Cãcellario eorundem,& dictæ ciuitatis, ſtipulanti,& recipienti pro ipſo communi,& omnibus,& ſingulis quorum intereſt,intererit,aut intereſſe poterit quomodocũq; iuret, & iureiurando ꝓmittat ad ſancta Dei euãgelia manu tactis ſcripturis facere,& exercere officium ſibi cõmiſſum,bona fide, & omni ſolicitudine,& ſine fraude : adimplereq; omnia,& ſingula,quæ ſpectant,ac ſpectabunt ad dictum eius officium, & ad quæ ipſe tenetur ratione,ac vigore dicti ſui officij ſine aliqua acceptione perſonarum , ſecundum ſtatuta,reformationes,& decreta dictæ ciuitatis facta,& facienda,vbi illa loquunt̃ ,& vbi non loquerentur,ſecundum conſtitutiones Marchiæ , illiſq; pariter loqui ceſſantibus,ſecundum ius canonicum,& ciuile,amotis amore, odio , preter pretio,timore omniq; alia humana gratia .

### De officio .D. Collateralis,& eius ſalario. Caput. VIII.

STATVIMVS & ordinamus quòd prefatus.D. Collateralis,& iudex dictæ ciuitatis Fulginiæ,ſit,& eſſe debeat iuſtus,& æquitatem prę oculis habeat non declinans ad dexteram,neq; ad ſiniſtram,ſtareq; debeat,& morari perſonaliter , & continuè in dicto ſuo officio, illudq; bona fide, diligenter , & ſolicite exercere ſecundum formam ſtatutorum dictæ ciuitatis Fulginię,& ſecundum quòd aliàs iureiurando ꝓmiſiſſe apparet in capitulo proximè p̃cedenti,præbereq; ,ſe promptum,& facilem in audiendo omnes in his,quę pertinent ad eius officium. Sedereq; pro tribunali ad ius reddendum omnibus diebus iuridicis,& debitis horis,& conſuetis, in loco iuridico, & tribunali eius ſolito,& conſueto . Cauſaſq;,lites,& controuerſias,tam motas , quã mouendas,prout tenetur,& debet ſecũdum formam dictorum ſtatutorum , & prout aliàs in p̃cedenti capitulo,audire,cognoſcere,& diffinire infra tempus ordinatum ꝑ dicta ſtatuta, iuſtitiam,omnibus æqua lance adminiſtrando . Petitioneſq;,exceptiones,replicationes,duplicationes,defenſiones,teſtes inſtrumenta,& omnia alia ꝑ partes producenda,prout de iure admittere : & de productis,copiam petenti facere , & per ſe ipſum teſtes examinare vbi contingentia caſus exigat,& requirat . Vbi autem non,per notarium cauſæ vnum ex ſibi deputatis à dicta communitate . Et debeat ipſos teſtes examinare in palatio ipſius,& .D. Prætoris ſolitæ reſidentiæ,niſi eſſent mulieres

lieres

lieres honeſtæ, vel egregiæ perſonæ autem infirmæ, vel alio iuſto impedimento, grauatæ, quas examinare poſſit & debeat in eccleſia, vel alio loco congruo, & honeſto. Et facere teneatur, & debeat acta quæcunque, & ſentẽtias ſcribi per notarios à dicta communitate ſibi datos, & deputatos, aliter ipſa acta non valeant. Cauereq; debeat, & prudenter attendere vt in cauſarum huiuſmodi proceſſibus nil odium vindicet, fauor vſurpet, timor exulet præmium, ſeu expectatio præmij iuſtitiam non euertat: & in omnibus, quæ peragenda fuerint, præ oculis habeat ſolum Deum, illius imitans exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad dominum referebat, vt ſecundum ipſius imperium iudicaret. Debeatq; eius ſententias ſedendo pro tribunali ſcripti recitatione proferre, aliàs non valeant, neque teneant. Nec poſſit petere, vel modo aliquo habere ſportulas à perſonis dictæ ciuitatis, eiuſq; comitatus, & diſtrictus; incoliſq;, & habitatoribus eorundem pro ſententiis ab eo ferẽdis in cauſis tam ordinariis, quàm delegatis vertẽtibus quomodocunq; coram eo, ex quibuſuis cauſis, & occaſionibus: habeatq; in his, & in cęteris mundas manus, ſitq; attentus, & circũſpectus circa corruptores, qui eum per ſordes, vel alio modo reprobo corrũpere attentaret, & ipſo M. D. Prioribus, & conſilio dictæ ciuitatis reuelare teneatur. Et curare pro poſſe vt culpabiles in prædictis pœna debita puniantur. Teneantur etiã dicto D. Prætori, notario maleficiorum, ac dictis M. D. Prioribus, ſuperſtitibus nundinarum, officialibus damnorum datorum dictæ ciuitatis, & notario tribunalis Socii militis gratis, & ſine aliqua mercede conſilium dare vt iuſtitia ſuadebit, quoties ab ipſis, aut eorum aliquo requiſitus fuerit. Et credentias, ſi quæ ſibi impoſitæ fuerint, ſecretas tenere, ſuiſq; ſumptibus, & expenſis ſe in hanc ciuitatem conferre, indeq; recedat munere tamen expleto. Veſtes doctoreas, & doctoribus cõſentaneas deferat: Et cum opus fuerit, comitetur magiſtratum dictæ ciuitatis: ſingulis diebus legat gratis, & interpretetur vnam lectionem in iure ciuili iuuenibus dictæ ciuitatis prout fuerit requiſitus. Et nullam aliam mercedem, aliudq; emolumentum habere debeat, q̃ pro ſigilli, & examinis teſtium, ac decreti per eum interponẽdi, ſalariiq; ſui infraſcripti à dicto D. Prætore aſſequendi videlicet. Pro dicti ſigilli qualibet impreſſione bononenum vnum: Pro qualibet examinatione teſtis groſſum vnum diuidendum tamen æqualiter inter ipſum, & notarium cauſæ ſcribentem examinati atteſtationem. Pro decreto quocunq; interponendo iulium vnum,, quẽ tamen conſequi non poſſit ſi interponatur in dicto palatio ſuæ reſidentiæ, vel in eccleſia ſancti Felitiani, aut domibus epiſcopalibus. Et pro ſalario ſuo dicti ſemeſtralis officij habebit florenos ſexaginta ad rationem quinquaginta baiocchorum pro floreno à D. prętore prædicto, & victum conſuetum, ea tamen conditione adiecta, quòd ſi durãte dicto eius officio ſemeſtrali moreretur, & vniuerſæ carnis viam ingrederetur (quod Deus auertat) dictum ſalarium non debeatur niſi pro rata temporis, qua ſeruiuerit. Et eo etiam declarato, quòd ſi in dicto tempore infirmetur per viginti dies, vel pauciores; ſalarium debeatur, & non minuatur: ab inde verò ſupra minuatur pro tempore infirmitatis. Nec refirmam aliquam habere poſſit, niſi obtentam à dicto centumuirali conſilio, & in vltimo menſe ſui officij ſeruatis ſeruandis. Et quòd teneatur ſtare ad ſindicatum finito ſuo officio, eo modo, & pro tempore, quo ſtare teneatur Prætor præfatus cum ſua familia. Nec poſſit appellare, reclamare, recurrere à ſententia ſindicatorum, ſupplicare, aut dicere de eius nullitate, & ſi ſecus faciat incidat in pœnam ducentarum librarum denariorum ab eo ipſo facto auferendarum, & dicto communi applicandarum, & nihilominus factum in contrarium non valeat, & ſit ipſo iure nullum, &

C ſententia

ſententia contra eum lata executioni demandetur. Et ſi contrafecerit in prædictis, vel aliquo prædictorum in quinquaginta libris denariorũ pro quolibet puniatur applicandis vt ſupra, vbi alia pœna non eſſet expreſſa, in ceteris conductus intelligatur cum honoribus, oneribus, poteſtate, & arbitrio conſuetis.

## De electione & iuramento notarij maleficiorum. Cap. VIIII.

QVIA ius eligendi notarium maleficiorum tam curiæ prætorianæ, quàm curię Magnifici Gubernatoris nouiter fuit à priore & conſiliario hoſpitalis pietatis dictę ciuitatis in magnificum commune Fulginię translatum: cui hoſpitali vtrunq; officium prædictum cum eorum prouentibus & emolumẽtis S. D. N. Pius Papa .iiij. perpetuò annexit & incorporauit per ſuas literas in forma breuis, aperti ſiue motus proprij ſub data 14. Martij, anni 1562. Anno tertio ſubſcriptas per V. Maccharanum, & de quibus literis in Archiuio dicti hoſpitalis non immerito ad noſtrum officium duximus pertinere de eorum electione officio, & ſalario prouidere. Statuimus igitur & ordinamus, vt à magnifico concilio aliquis probus & expertus notarius forenſis eligatur ad officium notariatus maleficiorum, & cauſarum criminalium curiæ prætorianæ; Qui hic electus prima die ſui officij ad ſancta Dei euangelia tactis corporaliter ſcripturis coram M. D. Prioribus dictæ ciuitatis iuret, & iuramento promittat Cancellario eiuſdem præſenti, ſtipulanti, & recipienti pro ipſo cõmuni, cammera apoſtolica, & omnibus quorum intereſt, intererit, aut intereſſe poterit in futurum officij ſui tempore continuè ſtare ad id exercendum, illudq; ſollicitè, bona fide, ſine dolo, & fraude, odio, amore, prece, pretio, & timore ſemotis exercere: Et accuſationes, inquiſitiones, denunciationes, teſtes, eorũq; atteſtationes, ſcripturas, & cauſarum acta non tamen niſi de pretoris conſcientia ſollicitè, fideliter, & indefeſſè recipere, & ſcribere: proceſſus aliquos ante teſtium publicationem, & aperturam, aliaq; curiæ, aut ciuitatis prædictæ ſecreta non pandere, aut reuelare. Scripturas ordinatè ponere, earumq; & actorum copiam petentibus tradere, & alia omnia, & ſingula facere, obſeruare, & exequi: ad quæ virtute dicti ſui officij tenetur, & ſecundum formã ſtatutorum dictæ ciuitatis, & præſertim ſtatuti de officio eius: capitulumq; iſtud de ipſius iuramento quolibet menſe legere, vt eius continentiam melius memoria teat, & tentum melius exequatur.

## De officio notarij maleficiorum & ſolutionibus per eum recipiendis. Cap. X.

STATVIMVS & prouidemus quòd notarius maleficiorum habeat, & habere debeat, ac recipere ab executore cãmeræ apoſtolicæ dictæ ciuitatis Fulginiæ vnũ librum pro ſuo ſemeſtrali officio ſigillatum, ſeu ſtampatum, ſigillo, ſeu ſtampa cãmeræ apoſtolicæ per ſingulas eius chartas, & numeraliter ſignatum, & chartulatum manu notarij cammeræ dictæ ciuitatis, in quo ſcribere teneatur omnes proceſſus inquiſitionum, accuſationum, & denuntiationum, quas ex officio, aut ad alicuius inſtantiã fieri contigerit, & ſententias deſuper per prætorẽ ipſum ferendas, & non in alio quouis libro, nec aliter, nec alio modo, proceſſus, & ſentẽtias huiuſmodi nullo modo ſcribere audeat, vel præſumat ſub pœna ducentarum librarum denariorum cãmeræ apoſtolicæ, & communi Fulginiæ pro æquali portione applicandarum. Quem librum poſtea, in fine ſui officij teneatur, & debeat conſignare exactori cammeræ præfatæ,

aut

aut notario dictę cammeræ in publicam formam,tradendum poſtea per dictum exactorem,aut notarium cammeræ ſucceſſori notario maleficiorum pro pendẽtium expeditione. Debeat etiam ipſe notarius habere librum proceſſoris ſui à dicto exactore,ſeu notario in principio ſui officij pro pendentium expeditione, quam facere teneatur durante ſuo officio pœna 25. librarum denariorum ab eo auferẽdarum, & vt ſupra applicandarum pro quolibet proceſſu non expedita. Teneatur etiam ſequenti die poſt habitam informationem,& notitiam cuiuſcunq; delicti perpetrati notulam eiuſdem,& inquiſitionis copiam,poſtquam ſcripſerit inquiſitionẽ in dicto libro, vbi per inquiſitionem proceditur ad cammeram apoſtolicam tranſmittere ſine mercede aliqua,vt occultandi delicta,quæ non debent impunita remanere,omnis tollatur occaſio. Teneatur etiam ad M. D. Gubernatoris,aut procuratoris fiſcalis dictæ ciuitatis inquiſitionem,eius librum,baſtardellum,& infilſas oſtẽdere,& exhibere, vt cauſarum termini videri poſſint, & ſi ſunt expediti,vel non. Inſuper accuſationes,querelas,& denuntiationes,quæ coram dicto D. Prætore datę fuerint,recipere, & ſcribere in dicto libro ſaltem infra quintum diem poſt ipſarum exhibitionem,& idem facere de omnibus defenſionibus,articulis,depoſitionibus teſtium,& aliis quibuſcunq; actis, non tamen ſine dicti prætoris conſcientia ſolicitè, & fideliter. Nec debeat ꝓceſſus aliquos ante teſtium publicationem,& aperturam alicui reuelare,aut eorũ copiam tradere. Neue ſecreta curiæ,& communis ciuitatis Fulginiæ cuiquam manifeſtare. Teneatur etiam ſcripturas omnes in dicto libro ordinate ponere infra quintam diem,poſtquam datæ fuerint. Et actorum omnium copiam petentibus tradere ea die,vel ſequenti,qua petita fuerit ſcripturas omnes ſibi commiſſas à prætore publicare,nec euitare eas authẽticas dare infra octo dies poſtquam fuerint petitæ ſine aliquo pretio. Et ſi cõmode id facere non poterit,dare ipſas parti,vel partibus in continenti cuicunq; notario volent partes ad exemplandum ad mandata dicti D. prætoris. Et ſi recuſauerit,pro vna quaq; vice incurrat pœnam 25. librarum denariorum vtſupra applicandarum. Et denuntiatoris ſacramento credatur. Teneatur etiã expeditis proceſſibus ſententias condemnatorias,ſeu abſolutorias in membranis conſignare notariis condemnationum & eorum officio iuxta dictorum capitulorũ & ſtatutorum diſpoſitionem. Et expeditis proceſſibus per ſententias non poſſint vlterius ad aliquem actum,ſeu ad aliquã abolitionem procedere in chartis bambacinis ſuper proceſſibus per ſententias expeditis. Et teneatur ſtatuta, reformationes & decreta dictæ ciuitatis,tam facta,quàm facienda obſeruare,& operam, conſilium, auxilium dare prætori ad conſeruanda ea,& omnia eorum capitula,dictumq; cõmune,& particulares perſonas ciuitatis,comitatus,& diſtrictus prædicti in bono ſtatu & vnitate. Teneatur etiam tempore dicti ſui officij continue ſtare ad id exercẽdum, nec aliquã mercedem petere,ſeu habere poſſit ab illis,qui accuſationes, querelas, & denuntiationes propoſuerint coram domino prætore, ſeu coram ſe de conſcientia Prætoris, ſed illas,recipere teneatur & ſcribere gratis & ſine aliquo præmio. Nec peterę poſſit,vel exigere aliquid ratione,& cauſa inuentarij bonorum,quod ipſum facerę ſeu feciſſe contigerit,niſi ſecuta cum effectu publicatione,ſeu ſententia publicationis bonorum eius,qui deliquerat ſub pœna 25. ducatorum auri qualibet vice incurrenda, & applicanda vt ſupra,& reſtitutionis exacti faciẽdæ illi,à quo,vel de cuius bonis fuerit exactũ,qua ſequuta debeatur ſibi merces ꝓ dicto inuentario ꝓut infra. Et minus aliud quicquam petere,vel exigere poſſit per ſe,vel alium vltra id, quod fuerit ſibi ꝑ ſtatuta prædicta conceſſum & ordinatum,quodq; non emet, nec emi faciet aliquid

fraudulenter. Habere autem debeat notarius maleficiorum pro rogitu cuiuslibet inſtantiæ ſiue actus ſimpliciter coram poteſtate eiuſq; officio, bononenum vnum monetæ currentis. Et ſi contigerit in vna inſtantia, ſiue vno actu aliquas ſcripturas ꝓduci, vnam vel plures; aut teſtes induci, aut iurare: bononenos duos monetæ prædictæ, pro qualibet reſponſione facienda alicui proceſſui ſiue inquiſitioni cum cautione præſtanda de ſtando iuri, & ſoluendo omnem pœnam, &c. accipere poſſit ab inquiſito ſeu reſpondente bononenos quatuor vt ſupra. Et ſi contigerit reſponderi per plures perſonas inquiſitas pro vno & eodem met delicto, & vno tantũ proceſſui, habere poſſit bononenos duos à quolibet reſpondente, dummodo merces non excedat ſummam duodecim bononenorum, etiam ꝙ fieret reſponſio per perſonas numero viginti quinq;, & vltra. Item pro rogitu alicuius mandati procurationis bononenos quatuor; idem dicimus pro rogitu cautionis de non offendendo, vel de ſe repræſentando, & ſimilibus, videlicet habere poſſit bononenos quatuor pro qualibet parte fideiubente ſeu cautionem præſtante, etiam ꝙ plures & variæ perſonæ interuenirẽt in vna parte. Pro rogitu examinis ſeu depoſitionis alicuius teſtis habere poſſit bononenos ſex pro quolibet teſte diuidendos inter ipſum & dominum prætorem, aut aliũ iudicem examinantem, & non vltra, etiam ꝙ examen fieret ſuper diuerſis & numeroſis articulis: & ſuper materiis, & corporis afflictiuis citra mortem: ſi verò in cauſis capitalibus bononenos duodecim accipere poſſit diuidendos vt ſupra. Pro rogitu alicuius ſententiæ abſolutoriæ ferendæ ad inſtantiam partis, & nõ ex officio, ſi fuerit pecuniaria, accipere poſſit bononenos ſex: ſi verò corporis afflictiua bononenos duodecim: ſi verò capitalis, bononenos viginti. Item dum contigerit aliquem proceſſum caſſari, & aboleri ad inſtantiam alicuius id fieri petentis: ſi fuerit pro pœna pecuniaria, à libris quinquaginta infra cum regiſtro habeat bononenos octo: à quinquaginta vſq; ad centum bononenos duodecim: abinde verò ſupra pro quacunque ſumma bononenos viginti quatuor in totum, & nõ vltra: pro corporis afflictiuis bononenis triginta: pro capitalibus verò carolenos octo monetę currentis. Declarantes, quòd nemo cogi poſſit inuitus ad abolendum aliquem proceſſum, ſeu aliquã cõdemnationem pecuniariam, corporis afflictiuam, ſiue capitalem. Pro extractione alicuius ſententiæ in publicam formam: ſi pecuniaria, continens ſummam librarum centũ, habere poſſit bononenos viginti, abinde verò ſupra pro quacunq; ſumma bononenos triginta: pro corporis afflictiuis bononenos quatraginta. Pro extractione autem ſententiæ de & ſuper morte naturali habeat carolenos decem monetæ currẽtis vt ſupra. Pro copia ſimplici alicuius ſcripturę, aut proceſſus ſeu depoſitionum teſtium habeat bononenum vnum cum dimidio alterius bononeni pro qualibet charta ſcripta ab vtraq; facie, continente lineas ſeu verſiculos decem & octo; & quelibet linea debeat continere dictiones octo plurium ſyllabarum. ſi verò in publicam formam, petere poſſit bononenos tres pro qualibet charta ſcripta ab vtraq; facie vt ſupra. Pro confectione & rogitu alicuius inuentarij faciendi de bonis aliquod maleficium committentis, ſi in ciuitate Fulginię, exigere poſſit florenum vnum; ſi verò in comitatu & diſtrictu, florenos duos monetę currentis modo & forma, vt ſupra declaratis. Pro retrahenda accuſa, facienda ab aliquo, accipere poſſit bononenos octo ꝓ qualibet accuſa retracta. Pro rogitu præſentationis alicuius commiſſionis habeat bononenos duos. Pro ſcriptura literarum citatorialium & inhibitorialiũ cũ inſertione cõmiſſionis, ſeu cõmiſſionũ accipiat ꝓ ſua mercede bononenos octo. Et ꝑmiſſa omnia, & ſingula abſeruare & adimpleṙ teneatur bona fide ſine dolo, fraude, odio

amore,

amore, prece, pretio & timore. Et ſi contrafecerit in pręmiſſis, vel aliquo præmiſſorum in quinquaginta denariorum libris pro quolibet & qualibet vice puniatur, vbi non eſſet appoſita pœna applicandis dicto communi, Et præmiſſa ſtatuimus hoc ſemper intellecto, quòd per huiuſmodi præmiſſa capitula non intelligatur pręiudicari capitulis dicti D. prætoris & ſtatutis ciuitatis de proceſſibus expediendis infra certum tempus, quę in ſuo robore permanere & ſecundum eorũ diſpoſitionem & continentiam obſeruari volumus & mandamus.

De electione, officio, & ſalario cancellarij D. Gubernatoris. Cap. XI.

IDM dicimus & ordinamus fore & eſſe ſeruandum in electione Cancellarij ac notarij maleficiorum curię Magnifici D. Gubernatoris: qui omnes literas à magnifico D. Gubernatore ſiue Locumtenente dictę ciuitatis ex arandas cuicunq; & quãdocunq; ſuper materiis criminalitatis tantum ſcribere & cõficere teneatur, & ꝑ ſcriptura & confectione quarumlibet literarũ habeat pro ſua mercede, bononenos duos monetę currentis, & pro ſigillo & ſubſcriptione pręfati D. Gubernatoris ſiue Locumtenentis, bononenos quatuor, & ſic in totum bononenos ſex. In reliquis verò dictũ Cacellarium & notarium maleficiorum, omnibus & ſingulis obligationibus taxis, & pœnis in proximo pręcedente capitulo contentis obnoxium fore & ſubiacere, volumus & ordinamus.

De ſociis militibus D. Pretoris eorumq; iuramento & officio. Cap. XII.

STATVIMVS & ordinamus ꝙ Sociimilites D. pretoris prima die incohationis eorum officij teneantur, & debeant ſeſe coram Magnificis dominis Prioribus ciuitatis Fulginiæ pro tempore, pręſentare: ibidemq; coram eiſdem iurare ad ſancta Dei euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis, & iure iurando promittere (& ita extunc teneantur) ipſorum officium fideliter, & bene exercere, commiſſioneſq; ſibi à quocunq; pro tempore ius dicente in dicta ciuitate, ac à Magnificis dominis prioribus, ſeu ꝑfectis quibuſcunq; cõſulibuſq; dictę ciuitatis datas, debitę executioni mandare, ipſaſq; executiones, & pignora (cui de iure, aut ex forma ſtatutorum debent) cõſignare. Baractarias, & ſimonias, extorſioneſq;, ac illicitas executiones non facere, & fieri non facere: ſub pœna 25. librarum denariorum pro qualibet vice, & quolibet pręedictorum caſuum per ipſos, ipſo facto damnabiliter incurrenda, & cõmuni Fulginię applicañ. Necnon quotieſcunq; Gubernator dictę ciuitatis, vel eius Locumtenens pro tempore, mandauerit, ſeu poſtulauerit, cum ſua familia in numero ſufficiẽti per dictam ciuitatem, eius territorium, & diſtrictum, pedeſter, vel equeſter (prout caſus exegerit) ſine aliqua exceptione, omniq; mora poſtpoſita, ad quaſcunq; commiſſiones exequendas contra quoſcunq; perſonaliter accedere, illaſq; pro poſſe debita excuſationi mandare, ſub pœna ducẽtorum librarum denariorum ipſo facto per ipſos incurrenda & Cammerę Apoſtolicę, & communi Fulginię proportionabiliter applicanda, ac omnium expenſarum, damnorum, & intereſſe dicti communis dicta de cauſa. Ciuitatemq; pręedictam, eiuſq; territorium, & diſtrictum, homicidis, latronibus, furibus, cęteriſque malis hominibus propoſſe purgare. Contra portantes arma tam offendibilia, quàm defendibilia die, noctuq; inquirere, & portare reportos, captiuos propoſſe facere, & contra eos pro pœna incurſa iuxta formam ſtatutorum ſine perſonarum diſcretione procedere vſq; ad debitam exactionem pœnę pręedictę.

Statutaq;

Statutaq; & ordinamenta dictæ ciuitatis,tam edita,quàm edenda,ad vnguem ſerua re, omneſque condemnatos dictę ciuitatis,vel in ea,aut eius territorio degentes,eorumque fideiuſſores (donec ipſas condemnationes,quæ in iudicatum tranſierint cum effectu exoluerint) in ære,& perſona constringere,carceres dictę ciuitatis,& in eis ꝑ tempore carceratos quoſcunque ſuo ipſorum periculo,& fortuna cuſtodire,& ſaluare,ab ipſis carceratis (culpabilibus tamen,vel obnoxiis) Fulginatenſibus,vel in dicta ciuitate,aut eius territorio,& diſtrictu habitantibus omnino exceptis: vltra bononenos ſex monetę currentis pro quolibet,& qualibet die,ſi eiſdem per curiam D. prętoris expenſas ſubminiſtrari contigerit,exigere non poſſit: ad quas expẽſas recipiẽdas cogi non poſſint,niſi ſtarent in ſecretis. Sin autem de ſuo,aut eis donato,vel aliter iuxerint,bononenos duos,& non plus accipere, nihilque aliud ab eiſdem pro ipſorum captura,excarceratione,ferraturiſue,aut sferraturis recipere,aut exigere poſſit. Per ciuitatem prædictam,eiuſue diſtrictum cum diſſolutione non vagari,in turpes laſciuias,aut iniurioſas contumelias contra quoſcunque non proſilire, omniaq; alia & ſingula facere,dicere,& exercere,& ab eis ſeſe abſtinere,quæ facere, dicere & exercere,& ab eis ſe abſtinere tenentur ſecundum formam, & tenorem contentorũ ſupra in capitulo de iuramento D. prętoris & eius officio: aliorumque ſtatutorum & ordinamẽtorum dictæ ciuitatis ſub pœna 25. librarum denariorum pro qualibet vice per ipſos ipſo facto incurrenda,& dicto cõmuni applicanda in quolibet dictorũ caſuum. Et quia dum ad ciuilia intendunt,arma,& alia ad eorum officium pertinentia,dormiunt,& retardantur. Statuimus & ordinamus, ꝙ ſocij milites D. Prætoris præſentes,& qui pro tempore fuerunt,non poſſint,nec debeant ſeſe modo aliquo intromittere,aut cognoſcere de aliqua quæſtione,lite, ſeu cauſa ciuili rei, vel ſummæ excedentis tamen ſummam,viginti Iuliorum papalium monetæ currentis. Cauſas verò & lites à ſumma 10. Iuliorum ſupra per notarium tribunalis ſui per dictam cõmunitatem pro tempore eligendum,vel ex buxulo extraendum, cognoſcendas per ſuos iudices remittere teneatur,& ſi ſe in eis intromiſerint, aut de eis cognouerint non valeat ipſo iure ,nec quod per eos factum,aut cognitum fuerit, poſſit modo aliquo executioni mandari,& nihilominus ipſi ſociimilites in pręmiſſis, & quolibet pręmiſſorum contrafacientes ipſo facto vice qualibet incurrant in pœnam 25. librarum denariorum ab eis de facto auferendorum & dicto communi applicandarũ vt ſupra.

## De electione Iudicis appell. eiuſq; iuramẽto officio obligationib⁹,& ſalario cap. 13.

SED quoniam appellandi vſum quàm frequentem eſſe, & neceſſarium iura teſtantur. Iccirco ſtatuimus, & ordinamus quòd in ciuitate Fulginię vnus appellationũ Iudex eligatur his modis,& forma videlicet. Quòd Magnifici domini Priores dictæ ciuitatis præſentes,& qui pro tempore fuerint (vbi caſus exegerit) teneantur,& debeant maioris campanæ ſono præmiſſo vt moris eſt conuocari facere nouẽuiros dictæ ciuitatis pro tempore,& ſubinde magnificum centum virale conſilium in palatio eorum ſolitæ reſidentię: ibidemq; ſeruatis de more ſeruandis iuxta formam eligendi traditam ſupra in titulo de electione D. Prętoris,eligatur in iudicem appellationum dictæ ciuitatis pro ſemeſtre aliquis forenſis de loco diſtãti à dicta ciuitate, & eius territorio ad minus per quindecim miliaria,iuriſperitus,& in iudicat⁹ officio, vel pretturę bis adminus exercitatus (de qua iudicatus officij,aut præturę exercitatione) ante omnia eiſdem Dominis Prioribus per patentes literas, aut aliter legitimè

plena

plena fiat fides,& indubitata, alias electio ipſa fieri non poſſit,& facta nullatenus valeat,aut teneat. Qui venire debeat in dictam ciuitatem in termino ſibi in electionis literis declarato & preſixo,cum vno ad minus famulo idoneo & per ipſum toto tempore ſui officij pro ſuo ſeruitio retinendo omnibus ipſius ſumptibus, incommodis,& periculo. Teneaturque ante ingreſſum dicti ſui iudicatus officij iurare coram Magnificis Dominis prioribus pro tempore exiſtentibus, legumq; cõſeruatoribus eiuſdem cancellario D. communitatis pro ea & cammera apoſtolica & omnibus quorũ intereſt & intereſſe poterit ſtipulanti &c. ad ſancta Dei euangelia corporaliter manu tactis ſcripturis dictum iudicatus officium pure,benè,ac fideliter facere,& exercere,pertinentiaq; omnia & ſingula ad illud intotum pro poſſe facere. Debeatq; in ingreſſu dicti officij conſignare cammerario dicti communis Fulginiæ, pro dicto communi recepturo pretium & valorem vnius pateræ argenteæ libræ vnius boneq; legę bononenorũ. Eidemque cammerario fidem facere ſufficientem de ſolutione facta de taxa ſui officij (quam ſecretariis apoſtolicis ſui ipſius ſumptibus ſoluere teneatur) manu D. exactoris cammerę apoſtolicæ eam recepturi pro dictis Reuerendis Secretariis,& aliàs ad effectum admitti non poſſit & admiſſio facta non teneat ipſo iure,& nihilominus incurrant tam dicti Magnifici domini Priores & legum conſeruatores ipſum aliter admittentes, quàm præfatus iudex ſic indebitè admiſſus in pœnam centum librarum denariorum pro parte qualibet ab eis ipſo facto auferendorum & communis Fulginiæ applicandorum vt ſupra. In cauſis appellationum,nullitatum,ſeu recurſus tam in procedendo,quàm in decidendo in primis ſtatuta,& ordinamenta dictę ciuitatis tam edita,quam edenda ſequi,& ſeruare teneatur, illaque ab appellationibus,de nullitate dicentibus,ſeu recurrẽtibus & ab appellatis,& his cõtra quos fuerit de nullitate dictum,aut recurſum principaliter,vel incidenter cuſtodiri, ſequi, & ſeruari facere: & vbi ex his occurrenti caſui prouiſum non appareret,ius conſtitutionum & inde ius canonicum,& ciuile,prout caſus,& facti contingentia ſuadebit. Nõ etiam poſſit,nec debeat tam in criminalibus quàm in ciuilibus,ſeu mixtis ſententiam ferre prout in cedula,ſed illam & illas in ſcriptis legere debeat ad ſolitum ius dicendi locum pronuntiando male,vel bene iudicatum & appellatum abſoluendo, vel condemnando partes,vel aliter ſententiam,vel ſententias reformando in totum, vel in partem prout res exegerit.Nec poſſit de cauſis coram eo agitandis inter Fulginates, aut inter Fulginates & forẽſes,ſiue per viam appellationis,de nullitate dictionis, aut recurſus ſiue per alium quencunq; modum, etiam ſi commiſſarię ſint, ſportulas, vel aliud quoquo modo à Fulginatibus recipere,petere,vel exigere,& ſi recipiat, petat, vel exigat,vltra recepti & exacti reſtitutionem(ad quam ipſum omnino teneri volumus)& pœnam periurij,incidat vice qualibet in pœnam 35. librarum denariorum ipſo facto dicto communi applicandarum vt ſupra. Teneaturque & debeat cõtinuè in dicta ciuitate,in manſione,& loco ſibi per dictum commune deputando & conſtituendo habitare honorifice pro ipſius qualitate officij,nec ex dicta ciuitate recedere poſſit abſque licentia conſilij dictæ ciuitatis,extra eam pernoctando ſub pœna amiſſionis ſalarij vnius menſis,& dicto communi applicandi ipſo facto vtſupra. Cum Magnificis D. Prioribus dictæ ciuitatis doctoralibus veſtibus ad miſſas, & alia diuina,omneſque actus publicos & proceſſiones per dictam ciuitatem,& extra ſocialiter accedere,eiſdemque pro dicto communi gratis conſulere ſob pœna in predictis, & quolibet prædictorum caſuum 35. librarum denariorum ipſo facto incurrenda, & applicanda dicto communi vtſupra. Item teneatur iuuenibus dictę ciuitatis, & diſtrictus

ſtrictus ipſum requirentibus legere & interpretari die qualibet vnam lectionem in iure ciuili ad ipſorum electionem & gratis,& ſine aliqua mercede. Teneatur inſuꝑ, & debeat,ſoluere caballario dicti communis electionis & capitulorũ latori illo tunc ducatũ vnũ auri ꝓ cãcellario dicti cõmunis,qui electionẽ,& capitula ſcripſerit equis portionibꝰ inter cõmunitatẽ ipſã,& ipſũ diuidendũ,& inſuꝑ ſoluere dicto caballario bononenũ vnum pro quolibet miliario pro ſuo viatico. Hoc addito,quòd ſi idem iudex electionem ipſam duxerit acceptandã, de præmiſſa ipſius acceptatione per ſuas literas,vel aliter legitimè per dictum caballarium dictos Magnificos D. Priores certiores faciat,aliàs electio ſit ipſa iure nulla,& ea amplius vti, & iuuari non poſſit. Teneatur deniq; finito eius officio ſtare per quatuor dies continuos coram ſcindicatoribus pro tempore deputãdis,aut ex buxulo extrahendis ad ſcindicatum ſuę ipſius villicationis rationem redditurus,quibus teneatur ſoluere de ſuo ſalario floreñ.quatuor monetę papalis pro eorum ſalario, Quorum ſententię,condemnatorię ſtare & acquieſcere teneatur,& debeat. Addentes quòd idem iudex tempore aſſumptionis officij,iurare teneatur,& à dicto preſtito iuramento, abſolutionem non petere, nec peti facere,nec obtenta vti,& cauſa,& occaſione dictę ſententiæ, vel ſententiarum tempore prędicto contra eum latę ſeu latarum,& dependentium ab eis non appellare,de nullitate non dicere, non ſupponere, non querelare, nec ſuperioris officium implorare,nec aliquam aliam impetrationem facere. Et ſi fuerit appellatum,de nullitate dictum,ſupplicatum querelatum,ſuperioris officium imploratũ,aut quid aliud modo aliquo impetratum,omnis appellatio,de nullitate dictio,ſupplicatio,querela, imploratio aut impetratio cuiuſcunque tenoris,& à quocunque emanatę ſint ipſo iure nullæ,irritę & inanes, & ex tunc prout ex nunc & è contra,ꝓ non factis,non obtentis,nec conceſſis haberi velle,& perinde haberi,ac ſi facta conceſſa,obtẽta,& impetrata nõ fuiſſent,& nihilominꝰ ex his ſñtiæ contra eũ latę executio nullatenus impediat. Addentes quod in abſentia iudicis appellationum prędicti,vel ipſo aliter legitimè impedito,Gubernator pro tempore dictę ciuitatis omnes, & ſingulas cauſas ſecundę inſtantiã audire,cognoſcere,& iuxta ſtatuta prędicta,ac aliàs prout iuris fuerit,terminare poſſit,& debeat. Pro ſuo autem ſalario dicti ſui ſemeſtralis officij idẽ iudex habeat,& habere debeat, & habebit ab executore cammerę apoſtolicę Fulginatẽſi florenos 72. papales,eidẽ de bimeſtre,in bimeſtre mediante bullecta Magnificorum priorum pro tempore,perſoluendos. Declarantes,quòd ſi ipſum dicto ſuo ſemeſtrali officio durante ægrotare contigerit (quod deus auertat) & ęgritudo ſit à 20. diebꝰ vltra,quòd vltra dictos 20. dies ſibi ſalarium aliquod non currat,ſed dicto communi applicetur. Et ſi moreretur (quod multo magis Deus auertat) ſalarium ſibi debeat ꝓ tempore,quo viuens ſeruiuerit,& non vltra. Et propter dictum ſalarium ſibi fortè non ſolutum vt ſupra: aut per aliquam condemnationem contra eum latam à ſcindicatoribꝰ vt ſupra repreſalias contra dictam communitatem impetrare non poſſit, nec debeat,nec eis vllatenus vti.

De electione & officio notariorum cauſarum ciuilium. Cap. XIIII.

NE falſa iniqui iudicis aſſertione innocens litigator opprimatur, neque falſitas veritati præiudicet,aut iniquitas præualeat æquitati ſtatuimus, & ordinamus, vt ad ſcribendum omnia acta,& ſcripturas ciuilium cauſarum ciuitatis Fulginię imbuxulentur in buxulo communis dictę ciuitatis omnes & ſinguli notarij de eadem in

ea

ea degentes,ſeruatis tamen ſeruandis,& facta vacatione ab officiis per tempus & tẽpora ſecundum formam ſtatuti infra in titulo de creatione notariorum, & eorum vacatione. Deinde ſingulo ſemeſtri in loco palatij reſidentiæ D. Gubernatoris extrahantur ex buſſulo prædicto,& publicentur nouem notarij quorũ duo ſtante congruis horis & temporibus de ſero in palatio præfati D. Gubernatoris ad ſcribendũ acta ciuilia eiuſdem, & alia quæcunque ciuiles cauſas concernentia. Tres deputentur ad tribunal collateralis Domini Prætoris dictæ ciuitatis ſimiliter cõgruis horis & tẽporibus de mane ſimiliter ad acta ciuilia,procurationes,tutelas,curas,inſinuatiõeſq; & decreta quæcunque & ab eiſdem dependentia & alia queçũque in eorum libris redigenda. Duo ſint in domo reſidentię domini iudicis appellationum ſuper appellationibus,& copiandis proceſſibus cauſarum ciuilium & proteſtationibus, & aliis ſcribendis. Alius verò ſit in banca ſocij militis dicti D.prætoris circa ſummaria cognoſcenda,& decidenda die qualibet inceſſanter aſſiſtens. Vltimus verò adſit ad bancã proconſulum mercantiæ dictæ ciuitatis ad etiam ciuilia ſcribenda,& alia ad dictũ tribunal neceſſaria. Addentes quòd notarij prædicti teneantur,& debeant ſeriatim & per ordinem ponere & ſcribere acta prædicta, procurationes,tutelas,curas,& inſinuationes prædictas in corpore libri,& non in marginibus ſub pœna 25. librarum denariorum vice qualibet dictorum actorum ipſo facto incurrenda & communi Fulginiæ applicanda. Nulluſque notarius de prædictis,qui fuerit per ſex mẽſes in aliquo dictorum officiorum,poſſit,aut debeat ad dictum officium, aut in dicto officio eſſe, aut eligi inde ad ſex menſes à die depoſiti officij. Et ſi aliter eligeretur, electio non teneat,& acceptans puniatur pœna 25. librarum denariorum ipſo facto incurrenda & communi Fulginiæ applicanda. Poſſit tamen notarius qui ad aliquod officium de prædictis extractis extiterit,ſi illud per ſe exercere noluerit, vel non potuerit, alium loco ſui idoneum tamen & ad huiuſmodi officia bis adminus exercitatum eligere & deputare præcedente tamen generalis cõſilij approbatione canonica, nec aliter,nec alio modo. Hoc modo videlicet,vt tres de notariis prædictis in dicto conſilio proponãtur, & qui pluribus ſuffragiis obtentus fuerit tali ſubrogatione fruatur, & talis electio & deputatio valeat, & teneat perindeq; habeatur,ac ſi ex buſſulo prædicto iuxta formam prædictam fuerit facta extractio. Et quilibet de notariis prædictis per ſemeſtre tantum ſtet & ſcribat ſub iudice,&cum iudice ſuo ad locum,& bancum ſibi deputatum. Nec poſſit aut debeat coram alio iudice,aut in aliis cauſis,ſeu quæſtionibus ſcribere ſub iam dicta pœna applicanda vtſupra. Nec quiſquam notariorum prædictorum poſſit ſcribere in aliqua cauſa,in qua alius ſcribere iceperit donec primi notarij durabit officium ſub iam dicta pœna applicañ. vtſupra, exceptis infirmitate,iuſta abſentia,vel alio probabili,& à iure conſiderato impedimento ſcribentis notarij,quo caſu,ſi litigatoribus placuerit,poſſit notarius ipſe, alium ęquè idoneũ neutriq; partium ſuſpectum & exercitatum vtſupra loco ſui ſubrogare partibus autem diſcordantibus notarius eligat accedente iudicis conſenſu, dum tamen omnis ceſſet variatio,in modo vnum,modo alium eligendo. Nulluſque de notariis prædictis poſſit,vel debeat in palatio in quo officium exercet aliquam procurationem pro alio facere, nec propriam cauſam incipere,ſeu mouere coram iudice ad cuius bancã ſeu tribunal ad ſcribendum deputatus exiſtat durante eius officio,& ſi contra fieret, proceſſus huiuſmodi ſit ipſo iure nullus,& contrafaciens incidat in pœnam 25. librarum denariorum vice qualibet in qua contrafecerit applicanda vt ſupra,& q; ſcripturis in cauſis ciuilibus publicis iudicialiter productis, & regeſtratis, copiaris, & apud

D notarios

134



notarios repertis,licet originalia iuſta reſtituta fuerint,ſeu deperdita plena adhibeatur fides prout publicis reſtitutis,vel aliàs deperditis,& ſcripturæ notariorum prædictorum mortuorum,vel abſentium,ſi reperirentur abbreuiatæ , vel cæteratę intelligantur & ſint,ac habeantur pro extenſis,& plenam faciant fidem prout ſi eſſent extenſę. Et quia ad tollendam deteſtabilem,pernitioſamq; conſuetudinem notariorũ bancarum cauſarum ciuilium dictę ciuitatis omnino (inquantum poſſumus) procedere intendimus, ex qua,materia,infilſas,libroſque originales occultandi,& ſubtrahendi , litigia,propter actorum inordinatorum ſeriem, in longum protrahendi , & alia à iure prohibita faciendi plurimum afferebatur,propter aſſignationem infilſarũ, & librarum in eorum originalibus,tam procuratoribus & aduocatis ipſis,quàm iudicibus de cauſis cognoſcentibus . Statuimus,& ordinauimus vt notarij bancarũ cauſarum ciuilium prædictarum (vbi vel à partibus ipſis,vel altera ipſarum,illarumue ꝓcuratoribus,vel aduocatis,aut à ius dicentibus de inſpectione,& tranſportatione ꝓceſſus fuerint requiſiti non in originalibus ipſis(ſicuti hactenus factum eſſe comperimus)ſed in (de partium communi ære facto) regeſtro, proceſſum ipſum partibus ipſis alternatim & prout res exegerit,& ordo iudicij poſtulauerit,ac iudicibus ipſis accõmodent,faciendo prius in eorum baſtardellis,ſeu actorum libris ſpecialem mẽtionem de præmiſſa aſſignatione regeſtri,de anno,menſe & die aſſignationis, & de perſona cui aſſignatio facta ſit,& cum inſcriptione manu propria recipientis regeſtrum ſi ſcribere ſciat,vel eius procuratoris,ſi ſcribere neſciat,& cum expreſſa,pœnaliq; ꝓmiſſione de traſportando regeſtrum ꝑdictum,ad certum ſtatutum terminum ad partis alterius requirentis inſtantiam,habebunt autem,& habeant notarij ꝑdicti de ipſorum actis,& ſcripturis mercedem iuxta ſecundum formam taxæ inferius deſcriptã in titulo,de mercede notariorum . Et ſi contrafieret,puniantur notarij in libris quaraginta denariorum vice qualibet,& quolibet dictorum caſuum & applicandis vtſupra. Teneanturque ad omnia damna,expenſas,& intereſſe partium litigantium, vel alterius ipſarum,& priuatione dicti ſui officij.

## De ſindicatu officialium ciuitatis Fulginei ſindicatoremq; electione & officio. Caput. XV.

CVM rationi & iuri congruum ſit,vt quilibet villicationis ſuę rationem ſuo tempore reddat,ſtatuimus & ordinamus,quòd omnes & ſinguli iudices,& officiales dictæ ciuitatis finitis ipſorum regiminibus & officiis ſtare & morari debeant in ciuitate Fulginię ad ſindicatum,reddendo rationem de geſtis neglectis,ſeu omiſſis , tam per eos,quàm per eorum familiam & familiares in eorum officiis & regiminibus, ꝓut diximus in capitulo cuiuſlibet iudicis & officialis,de quibus ſupra mentionem habuimus , & quatenus in aliquo capitulo de officiale ſeu iudice loquente id omiſſum fuerit,ſub hoc generali capitulo includatur,& diſpoſitum intelligatur . Electio verò ſindicatorum Magnifici Domini Gubernatoris fieri debeat modis & formis,de quibus in literis apoſtolicis in forma breuis obtentis,& de quibus ſub capitulo de gubernatore habetur . Sindicatores autem domini poteſtatis,collateralis,& iudicis appellationum,& eorundem,& cuiuslibet ipſorum familię officialium,& familiarium eligantur hoc modo : fiant duo buſſula,in quorum altero inbuſſulari debeant per Magnificum concilium dictę ciuitatis,vel deputatos ab eo,legum doctores modo & forma de quibus ſub titulo de aduocato Magnificę communitatis,in altero verò inbuſſulentur

ſulentur omnes ciues de concilio centumuirali. Et finito officio cuiuslibet ex prędictis iudicibus & officialibus Magnifici Domini priores vnà cum conſeruatoribus legum accedant ad locum capſæ, vbi pdicta buſſula conſeruantur, & per cancellariũ de capſa extractis buſſulis pſatis, ex vno extrahatur vnus doctor, ex altero extrahantur tres ciues, & ex buſſulo procuratorum facto ad patrocinandum volentibus petitiones vel querelas dare extrahatur vnus, qui teneatur omnibus patrocinari. Ex buſſulo verò notariorum extrahatur vnus notarius, qui ſit futurus actuarius dictorũ ſindicatorum pro quolibet ſemeſtre, quo officialis ſindicandus in officio permanſit. Qui ſic extracti à pſatis magnificis Dominis Prioribus vocati in manibus cancellarij iurare teneantur, dictum eorum officium ſe bene & fideliter geſturos, & p duos dies, antequam incipiat aliquis officialium pdictorum ſtare ad ſindicatum. Sindicatores pſati teneantur & debeant ſub vinculo pſti iuramenti, & ſub pœna vigintiquinque librarum denariorum à quolibet ipſo facto incurrenda, & auferenda, & cõmuni Fulginei applicanda tranſmittere per caſtra, villas, & loca comitatus dictæ ciuitatis & eorundem caſtrorum villarum & locorum ſindicis pcipere eorundem hominibus notificent, qua die principiet officialis pſatus ſtare ad ſindicatum. Et per diem antequam incipiat idem officialis ſindicari, emitti faciant bandimenta p loca ſolita dictę ciuitatis, quibus innoteſcat & intimetur dies ſindicatus pſati officialis. Sindicatus autem incipiat ſtatim poſt elapſos dictos dies, incipiendo de mane, & die quolibet, quo pſatus ſindicatus durabit, ſedere debeant ſindicatores in palatio ſolitę reſidentię Domini Poteſtatis ad bancum iuris duabus vicibus, videlicet de mane & de ſero, ter pulſata prius qualibet vice campana magna dicti communis, & emiſſis bandimentis p loca ſolita dictæ ciuitatis, quæ habeantur loco citationum, & ex ſupradictis officialibus, quilibet ſindicandus ſtet per dies ſex ad ſindicatum, & infra tres dies dentur & recipiantur petitiones, omnes & querelæ dandę contra olim officialem eo tempore ſindicandum, eiuſdemq; familiam, & familiares, & vlterius.

## De Nundinis faciendis in ciuitate Fulginię, earumq; Præſidentibus & eorum officio. Caput XVI.

CVM ex nundinis ciuitatis (in qua fiunt) honor reſultet, & vtile hominibus eiuſdem ſequatur, & commodum, ſtatuimus & ordinamus, vt quolibet anno fiant nundinæ in dicta ciuitate, & Domini Priores dictæ ciuitatis qui fuerint, de menſibus Ianuarij, & Februarij curent & faciant, ſub pœna eorum pſtiti iuramenti & 25. librarum denariorum ipſo facto incurrenda, & dicto communi reſpectiuè applicanda, vt anno quolibet de menſe Februarij die 18. eiuſdem tempore extractionis magiſtratus dominorum priorum & aliorum officiorum, ac præfecturarum dictæ ciuitatis ex trahantur de buxulo dicti communis (in quo omnes de conſilio imbuxulari debeãt) ſex de dictis conſiliariis, videlicet quatuor, qui in nundinis prædictis, & illarum tẽpore habeant, & habere debeant omnimodam iuriſdictionem, merumque & miſtũ imperium. Vnus ſit notarius, qui in libro actorum per ipſum faciendo, in ſui firma, & figura vniuerſa acta tam ciuilia, quã criminalia, coram eiſdem pſidentibus facienda conſcribat, alius verò ſit capitaneus, qui vniuerſa ad dictum officium ſpectantia & ab eodem prouenientia, executionem tamen merentia, de mandato eorundem fideliter exequatur. Dictumque præſidentium nundinarum officium incipiat anno quolibet, & incipere debeat die Mercurij proximi tunc immediate ſequentis poſt ſe

14v



ſta paſchalia reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, fiatque dicto die de mane in aurora,& antea pulſari campana dicti communis ſolita & conſueta de more per horam & horas conſuetas. Deinde hora tertiarum præſidentes prædicti faciant à palatio dictorum Magnificorum Dominorum Priorum quatuor tubicinibus dicti communis per plateam , ac ſtratas dictas nundinas fieri ſolitas, & conſuetas præconizari eundo cum tubicinibus,& redeundo per loca prædicta vſque ad portam contraſtanghæ iuxta ſtilum hactenus ſolitum & conſuetum . Durentq; nundinæ prædictæ , ac durare intelligantur per dies 18. & vltra ad beneplacitum dicti communis . Quiquidem præſidentes teneantur,& debeant omnes,vel duo ex eis , & notarius p̄dictus die qualibet continuatis horis & temporibus ſtare,& ſedere honorifice ad locum eorum ſolitæ reſidentiæ in platea publica magna dictę ciuitatis in loco deputato,vel ab eis deputando,ad eorum ſolitũ tribunal dictarumque nundinarum tempore,illarũq; prorogationis omnes & ſingulas cauſas tam ciuiles, quàm criminales, tam inter mercatores , & aliàs perſonas ad ipſas nundinas accedentes, quam etiam inter ipſius ciuitatis ciues,& incolas,& habitatores eiuſdem comitatiuos & diſtrictuales vertentes audire,cognoſcere, decidere,& terminare ſummariè,ſimpliciter,& de plano ſola facti veritati inſpecta,& manu regia,ac ibi ipſis nundinis etiam prorogatis durantibꝰ delinquentes punire,& caſtigare etiam vſque ad mortem incluſiuè,pœnaſq; pecuniarias pro dictarum nundinarum cuſtodia,& aliter (prout eis videbitur) applicare , & impendere .Et quia placuit felicis recordationis Paulo Tertio Pontifici Maximo attenta eiuſdem ciuitatis immemorabili conſuetudine in præmiſſis pro præmiſſorum antiquorum iurium dictæ ciuitatis conſeruatione, eidem ciuitati benignè annuenti per ſuas literas in forma breuis mandare,vt Gubernator & prætor eiuſdem ciuitatis pro tempore exiſtentes ſe in præmiſſis,dicto nundinarum , earumque prorogationis tempore durante nullatenus intromittant . Iccirco ſtatuimus & ordinamus,vt idem Gubernator & p̄tor pro tempore exiſtentes,vt in cauſis prædictis , & inter perſonas prædictas dictarum nundinarum earumque prorogationis tempore durante , ſeſe in præmiſſis nullatenus intromittant & ab eorum iuriſdictione & officio deſiſtant iuxta & ſecundum earundem literarum apoſtolicarum vim,ſeriem , tenorem & compendia,quarum tenorem & hic ad clariorem omnium intelligentiam , & inſpectionem inſeri de verbo ad verbum volumus & mandamus , cuius tenor ſequitur & eſt talis videlicet .

## PAVLVS PAPA III.

VNIVERSIS & ſingulis Legatis, Vicelegatis,& eorum Locumtenentibus,ac quibuſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ officialibus quacunq; auctoritate fungentibus ſalutem,& apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Priores,& Communitas ciuitatis noſtræ Fulginateñ. quòd licet ab immemorabili tempore citra præſidentes cuſtodiæ nundinarum citatis prædictæ per communitatem ipſam ex illius ciuibus deputari ſoliti dictarum nundinarum, & earum prorogationis tempore durante,omnes,& ſingulas cauſas, tam ciuiles,quàm criminales,tam inter mercatores,& alias perſonas ad ipſas nundinas accedentes , quàm etiam inter ipſius ciuitatis ciues & homines,& incolas,& habitatores eiuſdem vertentes cognoſcere & terminare ſummariè, ſimpliciter,& deplano , ſola facti veritate inſpecta , & manu regia,ac ibi ipſis nundinis etiam prorogatis durantibus delinquentes punir̃ & caſtigare etiam vſque ad mortem incluſiuè,pœnaſque pecuniarias pro cuſtodia dic-

tarum

tarum nundinarum,& aliter prout eis videtur applicare,& impendere. Ac Gubernator,& Poteſtas eiuſdem ciuitatis pro tempore exiſtentes ſe in præmiſsis nullatenus intromittere,ſed ab eorum iuriſdictione & officio prædictis nundinis etiam prorogatis durantibus ceſſare. Ipſa verò communitas tempus pro huiuſmodi nundinis ſtatutum ad certum tempus prorogare conſueuerint,& in pacifica poſſeſſione,vel quaſi premiſſa omnia faciendi exiſtant. Nihilominus ipſi pro abundãtiori cautela cupiũt per nos præcipi vt ſupra præmiſſis ab aliquibus non moleſtentur, & propterea nobis humiliter ſupplicari fecerunt. Vt eorum votis annuere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur,qui ſubditorum noſtrorum, præſertim fide & deuotione erga nos,& ſedem apoſtolicam conſpicuorum, iurium conſeruationi, cum deſuper humiliter ſupplicatur libenter intendimus,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Vobis & cuilibet veſtrum in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus,quatenus cõmunitatem & pſidentes pdictos ſuper pmiſſis cõtra immemorabilẽ conſuetudinem hactenus laudabiliter obſeruatam huiuſmodi nullatenus moleſtetis, impediatis,ſeu quomodolibet perturbetis,nec moleſtari impediri, vel perturbari faciatis. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub anulo piſcatoris. Die 13. Iunij M. D. XLVIII. Pontificatus noſtri Anno quartodecimo.

Blo. el Fulgiñ.

## IVLIVS PAPA III.

AD futuram rei memoriam. Cum ſicut accepimus,dilecti filij communitas ciuitatis noſtræ Fulginateñ. ex antiqua conſuetudine & ex indulto, ſeu priuilegio apoſtolico,nundinas in dicta ciuitate quotannis celebrare conſueuerint. Nos vt perſonę cum mercibus,ac animalibus aliiſque rebus ad ipſas nundinas venientes tuto, ac liberè id facere poſſint precibus dictorum communitatis nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati,omnes & ſingulas repreſalias quauis ex cauſa & ad cuiuſuis,etiam fiſci noſtri inſtantiam,& pro intereſſe cammerę apoſtolicę quomodolibet hactenus relaxatas & in futurum relaxandas durante tempore dictarum nundinarũ & illius prorogatione,quandocunqne illud prorogari contigerit,ita quod ad dictas nundinas venientes,& in eis commorantes,& inde diſcedentes dictarum repreſaliarum prætextu in perſonis,mercibus,animalibus aut aliis bonis quibuſcunq;,moleſtari non poſſint auctoritate apoſtolica tenore præſentium,ex nunc,prout ex tunc, & è contra ad noſtrum,& ſedis apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendimus. Et eiſdem perſonis liberum,ac tutum ſaluum conductum aduerſus dicta repreſalias concedimus. Mandantes virtutę ſanctę obediẽtię,& ſub pœna nr̃i arbitrij, & quoad cõmunitates etiam quingentorum ducatorum auri cammeræ apoſtolicę applicandorum,ſi cõtrafecerint, incurrenda. Omnibus & ſingulis Legatis, Vicelegatis,Gubernatoribus, Poteſtatibus, Communitatibus, Baricellis,cęteriſq; officialibus,& executoribus,totiuus ſtatus noſtri eccleſiaſtici mediatè vel immediatè ſubiecti,vt ad dictas nundinas venientes non ſolum contra præſentium noſtrarum literarum tenorem non impediant, ſed illas eis obſeruent,& obſeruari faciant, omnemq; commoditatem eiſdem perſonis, tam eundo,quàm redeundo præbeant. Nos enim irritum decernimus, & inane, quicquid ſecus à quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes inſuper moderno & pro tempore exiſtenti, prouinciæ noſtræ Vmbriæ Legato, & eius Vicelegato, vt eiſdem communitati & perſonis

in

in præmiſſis fauorabiliter aſſiſtentes faciant eiſdem pręſentes noſtras literas per prædictas,& aliàs ſibi viſas pœnas inuiolabiliter obſeruari,præmiſſis, ac conſtitutionibꝰ & ordinationibus apoſtolicis cęteriſq́; contrariis non obſtantibus quibuſcunq;. Volumus autem,quòd præſentium tranſumptis manu ſubſcriptis vel impreſſis, & manu alicuius notarij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonę in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę munitis,eadem fides in iudicio & extra adhibeatur,quæ originalibus adhiberetur,ſi forent exhibitę vel oſtenſę. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris die XI. Aprilis M. D. LIIII. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Lo. Larmeñ.

## De electione Proconſulum Mercatorum & artificum,& eorum officio Cap. XVII.

CVM Mercatores,& artifices, ac alios ſuper rebus mobilibus, quæ ſub fide vendiderint, coram ordinariis litigare non deceat,ſed magis eiſdem ſuper his de ꝓpriis iudicibus ſit prouidendum,qui ipſorum cauſas ſuper præmiſſis,non ex rigore,& iuris apicibus,ac ſolennitate,ſed de æquitate cognoſcendo,decidant. Statuimus & ordinamus vt Magnifici Domini Priores dictę ciuitatis pro tempore,ex centumuiralis conſilij decreto teneatur,& debeant (vbi facti exigentia ſuadebit)eligere tot conſiliarios,mercatores & aromatarios,& artifices reſpectiuè eiuſdem ciuitatis, quot ſufficiant ad buxulum infraſcriptum faciendũ,qui inſimul tres ſint pro quolibet officio & ternatim ſcribantur in breuiculis,ſeu cartutiis tot,quot ſunt,vel erunt dicti ſic electi. Poſtmodumque,ſic in dictis breuiculis ternatim deſcripti ponantur in vna caſſetta clauſa tribus clauibus diuerſis tamen ſerraturis,quarum clauium vnam habeat, & habere debeat Prior cathedralis eccleſiæ ſancti Felitiani dictæ ciuitatis. Aliam generalis cammerarius dictarum Mercantiarum & artium. Aliam & tertiam Domini Priores pro tempore exiſtentes. Præfataque caſſetta ſtare,& continuè eſſe debeat in Sacreſtia dictę Eccleſiæ. Deinde tempore extractionis Magiſtratuum,& aliorum officiorum dictæ ciuitatis (Incipiendio die 21. menſis Decembris anno quolibet) extrahatur de dicto buxulo,ſeu caſſetta vnum ex breuiculis prædictis, & hi qui inibi deſcripti apparebunt, & legentur, ſint, & vocentur proconſules artis Mercantię,& aliarum artium dictæ ciuitatis. Dictumque officium ſui initium habeat, & habere debeat in calendis Ianuarij,duretque,& durare debeat per ſex menſes faciendo extractionem ipſam de ſemeſtre,in ſemeſtre. Dictique ſic extracti auctoritate præſentis ſtatuti habeantur, & ſint Proconſules dictarum Mercantiarum, & artium cum omnimoda iuriſdictione,auctoritate & poteſtate in præmiſſis, & infraſcriptis neceſſaria,& opportuna. Qui Proconſules teneantur, & debeant ſtare & ſedere ad bancam,eorum ſolitæ reſidentiæ in platea dictæ ciuitatis omnibus diebus iuridicis tam de mane,quàm de ſero, quàm bancam habere debeant ornatam tapeto vel alio panno honorato cum aſſiſtentia notarij ad id deputati. Ibidemq; petentibus ius reddere, cognoſcere de omnibus & ſingulis cauſis,litibus,quęſtionibus & cõtrouerſijs,quæ eſſent,& verti poſſent inter Mercatores,& Artifices, & alios de dicta ciuitate & comitatu & aliunde occaſione Mercantiarum,& artium,rerumq; aliarum prædictarum emergentium,& dependentium à prædictis,illaſq; deffinire,& terminare non ex iuris rigore,aut ſecundum iuris apices,ſed de bono,& æquo,ac pro veritate,& æquitate, Cum autem ſederint ad ius reddendum teneantur & debeant procedere modo & forma infraſcriptis,videlicet in titulo: Quomodo & qualiter ꝓcedat.

Forma

## Forma, qualiter procedatur coram pronconſulibus mercantię Cap. XVIII.

NE quæſtiones & lites ſuper re mercantili, aut ab ea dependenti inter quoſcũq; de dicta ciuitate vel aliunde, efficiantur immortales, ſed vt potius de bono & æquo, ac ſecundum ſtylum mercantię, celerem, quam poſſint, expeditionẽ recipiant. Statuimus & ordinamus, vt ſi quis aliquo mercatorem vel artificem alium de dicta ciuitate, vel in ea degentem occaſione mercantiæ, vel rei ad mercantiam, vel artem pertinentis, vel ab ea dependentis, coram proconſulibus artis mercantiæ eiuſdem ciuitatis in ius vocare voluerit, illum per vnum è baiulis communis dictæ ciuitatis citari faciat perſonaliter cum termino vnius diei peremptoriè ad comparendum, ſi in comitatu vel diſtrictu citãdus extiterit, & cum expreſſa comminatione, vt etiam in dicto termino veniat ad eligendum ſibi locum in dicta ciuitate, vbi in poſterũ ad quoſcunque actus neceſſarios vſq; ad ſententiam incluſiuè citari poſſit, & velit, aliàs ꝙ citabitur ad valuas loci reſidentiæ dictorum pro conſulum. Si verò citandus moretur, ſeu domicilium habeat in dicta ciuitate, citari poſſit pro eadem die ad comparendũ, & pro hora iuris, qua creditor voluerit. Si verò perſonaliter inueniri non poſſit, citari faciat domi ſolitę habitationis debitoris, cum termino peremptoriè, & comminatione prędictis reſpectiuè, qua facta citatione & relatione eiuſdem, actor per talẽ qualem petitionem intentionem ſuam contra ſuum debitorem in actis redigi faciat, & ſolutis capitibus ſolidorum in manibus notarij dictorum proconſulum ad rationẽ bononeni vnius monetæ currentis pro quolibet floreno ſummę pecuniarum, vel rei petitę, pręuia tamen facta æſtimatione rei per ipſum actorem, vbi res aliqua peti contingat, ſi reus in dicto termino non comparuerit, incuſata contumacia non comparentis, talis ſit contumax, habeatur pro confeſſo, & conuicto, ac teſtibus ſuperato, & contra talem ſic contumacem proconſules realem & perſonalem ſimul vel diuiſim ad voluntatem creditoris pro ſumma vel repetita & expenſis executionem committant, & fieri faciant cum effectu. Si verò reus comparuerit & debitum confiteatur, detur ei terminus ad ſatisfaciendum ſex dierum, quo elapſo & ſolutione non facta, fiat contra eum executio, vt ſupra. Si verò neget, & actor contra ſic negantem produxerit aliquam apochã, vel librum, non abolitum, non caſſum, nec in aliqua parte ſui ſuſpectum, in qua vel in quo contineatur promiſſio vel obligatio quantitatis, vel rei petitę, procõſules faciant ipſi reo dari copiam apochæ vel partitarum libri, & terminum ei ſtatuant trium dierum ad opponendum & probandum contra ipſam apocham & dictum librum ac partitas eius, & perſonam creditoris quicquid velit & poſſit. Et ſi infra dictum terminum non oppoſuerit vel oppoſuerit, vt nihil, quod releuet, probauerit, tunc proconſules contra talem debitorem pro ſumma pecuniarũ, vel rei petitę & expenſis executionem relaxare, ac fieri faciant realem, & perſonalem ad voluntatem creditoris vt ſupra. Declarantes, quòd ita demum libris prædictis, & eorum partitis credi debeat, ſi per mercatorem vel artificem conſcripti ſint, ſintq; intitulati, & chartulati, ac mercantili more retenti, & de re mercantili vel ad mercãtiam, vel ad artem pertinenti, vel ab eis dependenti tantum loquantur. Cauſæ autem & quæſtiones mercantiles vel ad mercantiam vel artem pertinentes, vel ab eis dependentes inter quaſcunque perſonas de dicta ciuitate, vel in ea aut eius comitatu, vel diſtrictu inhabitantes cognoſci, & decidi debeant per conſules prædictos ſũmariè ſimpliciter, & de plano, & abſque libello, & ſine ſtrepitu & figura iudicij, ac ſola facti ęquitate, & veritate inſpectis, nec illę coram aliis iudicibus dictę ciuitatis introduci

troduci

roduci poſſint,nec per eos modo aliquo cognoſci,aut decidi , quod ſi ſecus fiat,pro-
ceſſus inde ſequutus ſit ipſo iure nullus,& nihilus , qui illas coram aliis iudicibus di-
ctæ ciuitatis introduxerit,vel introduci curauerit , incidat ipſo facto in pœnam libra
rum 25.denariorum communi Fulgiñ. applicandorum vt ſupra. Volumus etiam vt
interloquutoria præcepta,& ſententię,ſacta & latę reſpectiuè per dictos proconſules,
aut duos ex eis,dummodo omnes adſint,vel ſi non adſint,abſens ſit legitimè requiſi-
tus,valeant & teneant,ac firmiter obſeruentur,nec ab eis valeat appellari, aut recla-
mari,ſupplicari,aut de earum nullitate dici,niſi notoriè ex actis conſtaret de graua-
mine,aut earum nullitate. Quo caſu ad D. Poteſtatem , & ad alium in dicta ciuita-
te ius dicentem appellari,& de nullitate dici poſſit,& debeat,qui dictas cauſas nulli-
tatis & appellationis infra decem dies continuos,dummodo non feriatos in honore
Dei & ſanctorum eius , cognoſcere & terminare debeat, ſub pœna 25. librarum de-
nariorum ab eodem de ſuo ſalario de facto auferendorum & retinendorum, & com-
muni Fulgiñ. epplicandorum vt ſupra. Et inſuper teneatur ad intereſſe parti ,dictaq;
appellationis & nullitatis cauſa ſit omnino deſerta dicto termino elapſo, & cauſa ap-
pellationis & nullitatis non expedita,& ſi creditor voluerit tenutam de bonis debito
ris proconſules teneantur illam dare,tam de mobilibus vel ſe mouentibus, quàm de
immobilibus,pro re vel ſumma petita,& pro expenſis. Declarantes,quòd tenuta de
rebus mobilibus aut ſe mouentibus valeat & valere debeat in duplum rei,vel ſummę
petitę. de immobilibus verò valeat in triplum rei,vel ſummæ petitę. Et idem locum
habeat in debitis confeſſatis. Tenutam autem de rebus mobilibus aut de mouenti-
bus teneat creditor pro decem dies poſt illius acceptionem . Tenutam verò de im-
mobilibus teneat per vnum menſem poſt illam acceptam . Quæ tenutæ ſi per debi-
torem infra dictum tempus reſpectiuè recollectę non fuerint, proconſules teneantur
res prædictas banniri facere , videlicet mobiles vel ſe mouentes,citato ad id pro cer-
ta die & hora legitimè debitore prædicto,ſubaſtentur ad locum reſidentię dictorum
proconſulum vnica tantum ſubhaſtatione , & plus offerenti dentur . Et creditori de
pretio ſatisfiat pro ſumma vel re petita & expenſis:& reliquum,ſi quod adſit,debito-
ri reſtituatur . Immobiles verò,citato debitore vt ſupra, ſubhaſtentur in loco præ-
dicto duobus continuatis diebus : & plus offerenti dentur,de pretio eidem creditori
ſatisfiat pro ſumma ſui crediti & expenſis : & reliquũ,quod adfuerit debitori reſtitua
tur . Si verò emptores non reperiantur,vel reperiantur , & pretium nimis iniuſtum
offerant,tunc proconſules,præuia æſtimatione facienda per duos homines per ipſos
eligendos,res prædictas reſpectiuè pro dicto æſtimato pretio creditori adiudicent ,
& inſtrumentum adiudicationis faciant , & fieri faciant,reliquumq; ,ſi quod adſit,de
bitori ſolui faciant : & talis adiudicatio ſic facta pro conſules ipſos perinde ſit & vale
at,ac ſi venditio de eis per debitorem ipſum facta eſſet , illaq; plenum & perpetuum,
habeat roboris firmamentum.

## De modo ſeruando in electione , & extractione Dominorum Priorum. Caput. XVIIII.

QVIA officium dominorum Priorum ciuitatis Fulginię,quàm vtile, & neceſſa
rium,per antiquiſſima tempora compertum eſt : Ideò præſenti ſtatuto ordina-
mus,quòd in futurum extractis omnibus prioribus,qui in buxulo Dominorum Prio
rum exiſtunt , qui vltimò loco extracti fuerint,teneantur,& debeant in primo mẽſe

corum

eorum officij,& citius quàm poterunt centumuirale conſilium dictæ ciuitatis more
ſolito conuocare,& in eo de ciuibus creandis & obtinendis ad nouum dicti magiſtra
tus buxulum faciendum & omnẽ alium dictę ciuitatis officiorum buxulum qui tunc
vacare contigerit propoſitum facere & circa eam rem Domini Priores,& nouemui-
ri eligant quindecim ciues idoneos & ſufficientes de quolibet terzerio dictæ ciuita-
tis,qui ſint de numero conſiliariorum,ætate prouecti,experientia,& vſu docti,& cõ-
ſcientia, & fide præditi. Quos ita electos per cancellarium dicti communis in con-
cilio legere faciant,ſeriatimq; eos,& eorum quemlibet,vt ſcripti reperiuntur per bal
luctas,ſeu fabas ad partitũ ponere,& ſex,videlicet duo de quolibet tertierio,qui mo-
re ſolito fauorabilius,obtenti erunt,ſint & eſſe debeant,qui nouum buxulum faciãt,
& futuros magiſtratus ordinare & imbuxulare debeant: Quos ita obtentos præfati
Domini Priores ad ſe vocare debeant illiſq;,& cuilibet eorum per præfatum cancel-
larium iuramenta,& iuramentum deferre,qui iurare debeant manu tactis ſcripturis
bene,& fideliter buxulum facturos,& remotis ab eis odio,amore,prece,pretio, timo
re,& omni humana gratia.Et ſi aliquem ex obtentis recuſare contigerit ad illud offi-
cium aſſumendum per præfatos Dominos Priores aſtringi poſſint,qui ſi in ſua recuſa
tione perſeuerauerit, niſi iuſtam cauſam recuſationis alleget,quæ à præfato Magni-
fico Conſilio approbata fuerit,intelligatur omnibus officiis dicti communis ipſo fa-
cto priuatus, ita quòd in futurum ad illa re integrari non poſſit, & alius in eius locũ
de eodem tertierio eligatur. Dictiſq; ciuibus vtſupra obtentis prima die, qua incipe-
re dictum buxulum decreuerint, ſolennem miſſam ſancti Spiritus in cathedrali eccle
ſia Fulginię Domini Priores, tunc temporis celebrare faciant. In qua ipſi Domini
Priores & dicti ciues electi,vna cum aliis ciuibus de conſilio intereſſe debeant: dic-
tiſque ciuibus manſio aliqua, in qua commode morari poſſint, aſſignetur: ibiq; vna
cum cancellario prædicto claudantur,& diu,noctuque manere debeant,nec inde di-
ſcedere,donec & quouſque integraliter buxulum prędictum compleuerint,in quo lo
co expenſis dicti communis per dies decem alantur,& illis tranſactis,expẽſis propriis
uiuere debeant. Teneanturq; intribus burſiis balluctas ponere pares numero in qua-
libet burſia,& in vna ponantur balluctæ,in quibus deſcripti ſunt priores terzerij ſu-
perioris,in alia verò balluctę,in quibus deſcripti ſunt Priores tertierij medij,in tertia
verò ponantur balluctæ,in quibus deſcripti ſunt priores tertierij inferioris. Et quęli-
bet ballucta cõtineat in ſe ſex priores,& in balluctis burſiæ cuiuslibet tertierij Caput
Prior & Priornouellus ſint & eſſe debeant illius tertierij,pro quo burſia illa facta fue-
rit,alij verò priores cuiuslibet tertierij eſſe poſſint. Deſcriptique Caputpriores ſint &
eſſe debeant de numero conſiliariorum ætatis ad minus quinquaginta annorũ,ſintq;
aliàs experientia,& longo vſu rerum exercitati,niſi legũ,vel medicinę doctores ſint,
qui etiam quòd de conſilio non eſſent, vel ætatis prædictæ in caput priores deſcri-
batur. Similiterque ſecundi priores de numero vel ordinę conſiliariorum ſint, alij
verò tres, videlicet,tertius,quartus,& quintus priores ſint & eſſe poſſint etiam de po
pulo,qui tamen de præterito fuerint,vel ipſi,vel antiquiores de eius familia de nume
ro dominorum priorum,& bonis moribus imbuti ſint,nec alicui vili exercitio vacet.
Prior vero nouellus ſit de familia alicuius cõſiliarij,ita quòd pater, vel alius eius aſcẽ
des ſit, vel fuerit de conſilio dummodo ſit bonis moribus indutus & vili non vacet
exercitio,& ſi aliquis contra formam prædictam in ballucta aliqua deſcriptus reperi-
retur,ſit pro non ſcripto,& nullo modo admittatur,ſed in eius locum alius de buxulo
ſpeciolatorum ſubrogetur. Et nihilominus præfati vires ad buxulum faciendum de

putati incidant ipſo facto in pœnam 50. librarum denariorum pro quolibet, commu
ni Fulginiæ applicandarum. Et ſi aliquis deſcriptus bis in dictisballuctis errore, vel
data opera reperiatur pro non ſcripto niſi ſemel habeatur ,& nullo modo bis admit-
tatur,ſed alius de buxulo ſpecciolatorum ſubrogetur. Poſtquam verò balluctas,quas
in dictis burſis ponere decreuerant vt ſupra,poſuerint , buſſulos priorum cuiuslibet
tertierij faciant,in quibus ſubſtitutos,vulgo,dictos ſpicciolatos immittant,in quibus
ordinem,& modum ſupra in eligendis ordinariis datum ſeruare teneantur . Adden-
tes ꝙ duo attinentes adinuicem in primo vel ſecundo gradu ſm̄ ius canonicum cō-
putañ. in linea conſanguinitatis,vel affinitatis in primo non poſſint inbuſſulari ad of-
ficium prioratus . Et ſi contigerit aliquem vt ſupra attinentem ex buſſulo ſpecciola-
torū extrahi,non poſſit officium exercere, ſed alius extrahare & ſibi locus reſeruatus
cenſeatur pro primo vacante ad ſuum terzerium & locum in quo erat extractus .
Poſſintque,& teneantur aliorum officiorum dictæ ciuitatis vacantium buſſulos face-
re,& in eis ciues de conſilio more ſolito imbuſſulare,dummodo non niſi ſemel aliquē
imbuſſuletur,& ſi quis pluries imbuſſulatus reperiretur,habeatur pro non imbuſſula-
lato niſi ſemel tantum,& in eius locum ſecundo extracti alius ſubrogetur . Et cuiuſ-
libet officij buſſulos ordinariorum,& ſpicciolatorum vt mos fuerit de præterito fa-
ciant . Quibus completis burſias præfatas,& omnes buſſulos in capſa ſuis locis can-
cellarius præfatus ponere debeat,capſamque prædictam claudere ſex clauibus, & illā
in ſacrario cathedralis eccleſiæ Fulginiæ ponere : claueſque p̄dictas in capſa ſex cla-
uium Dominorum priorum immittere teneantur,ad quam capſam ſic in ſacrario po
ſitam pro ea aperienda nullus de aliquo magiſtratu,ſeu p̄fectura aliquo tēpore acce-
dere poſſit,niſi cum omnibus ipſis prioribus,& legum conſeruatoribus , & cācellario
præfatæ ciuitatis,qui ſolus poſſit in dicta capſa in p̄ſentia p̄fatorum manus immittere
& non alius,ſub pœna 25. librarum denariorum ipſo facto incurrenda , & communi
Fulginiæ applicanda,& amiſſione omnium officiorum,in quibus imbuſſulatus in ali-
buo buſſulo in dicta capſa exiſtente reperiretur . Quibus priuatus intelligatur & ab
illis caſſus & cancellatus . Nec p̄fati Domini priores,& legum conſeruatores, etiam
cum dicto Cancellario dictam capſa aperire poſſint niſi temporibus congruis,& cō-
ſuetis,&quando eis auctoritas,& licentia àMagnifico Conſilio dictæ ciuitatis demā-
data fuerit,nec alicui liceat in burſia,ſeu buſſulo aliquo in dicta capſa exiſtente ali-
quod nomen addere,vel minuere,nec videre quæ nomina in eis deſcripta, vel in ali-
quo eorum ſint,ſub pœna centum librarum denariorum vtſupra incurrenda & appli
canda,niſi id à præfato Magnifico Conſilio demandatum fuerit,in quo mandato mo
dum & formam à dicto Magnifico Conſilio ordinatum obſeruare debeant , & tene-
antur ſub iam dicta pœna,per quemlibet eorum incurrenda . Et quicquid per eos
aliter factum fuerit,ſit nullum & inane,& nullam habeat roboris firmitatem . Et qui
ſunt in dicto officio prioratus decem diebus ante finem eorum officij bannimenta fa
cere curent de noua extractione Dominorum Priorum facienda . Ipſeque Domini
priores,vnà cum legum conſeruatoribus Cancellario,& ſola familia ex dicto ſacra-
rio capſam p̄dictam accipiant,illamque ſolenni,qua decet,pompa ad palatium Do-
mini Gubernatoris dictæ ciuitatis p̄ferri faciant , ibidemque in eiuſdem Domini Gu
bernatoris p̄ſentia habita prius per p̄fatum Cancellarium Sanctiſſimæ & indiuiduæ
Trinitatis,ſanctæq; Mariæ ſemper Virginis & ſancti Felitiani Magnifice Ciuitatis
Fulginiæ protectoris inuocatione aperiatur , priuſque ciues ad officium deputandi
de ſuis buſſulis extrahantur facta prius extractione ſpicciolatorū tam ad alia officia,
quàm

quàm etiam ad officium prioratus. Vltimò loco burſia tertierij de quo pro menſibus futuris Dominorum priorum extractio facienda eſt capiatur, omneſque ballucta in dicta burſia exiſtentes in bacile argenteo ponantur, ex quo per præfatum Dominũ Gubernatorem vna ballucta accipiatur, illamque præfatis Cancellarius in manibus ſumptam, habita prius oratiuncula aperiat, & in ea deſcriptos legat, & publicet. Et ſi contingat aliquem ipſorum Dominorum Priorum de ballucta extracta tempore extractionis, vel poſtea ante ingreſſum eſſe mortuum, vel mori, vel reperiri punctatum, vel officium prioratus nolle acceptare, vel abeſſe à ciuitate Fulginiæ, & tempore conſueto expectatum, non redire, hunc in locum ipſius mortui, vel puntati, vel recuſantis, vel abſentis admittatur ſpicciolatus, ad illum locum de buſſulo ſpicciolatorum extractus, ita quod ipſorum ſex numerus ſit integer & inminutus. Addentes q̃ præfati imbuſſulatores teneantur facere regeſtrum totius imbuſſulationis factę per nos tradendum Magnificis D. Prioribus ſigillatum ponendum & conſeruandum in capſa prædicta.

## De D. Prioribus, & iuramento per eos præſtando Cap. XX.

OFFICIVM Dominorum Priorum duret duobus menſibus, qui oblongis ad talos vſque purpureis veſtibus coloris nigrãtis roſę (vt dicunt) pagonatij, vtantur, faſcia, vel binda ſerica, vt vulgo dicũt, taffettani, atq; aurea cathena humeros, collumque ornatum habeant & ſoleis, ſeu planellis ſerici, ſeu velluti pedes induant reliquaſque veſtes ſe ſuoq; officio dignas gerant. Hunc enim cultum maiores noſtri eos decere iudicarunt. Prima die eorum officij quilibet hora ſolita ciuium caterua præambulo ſono campanę communis coadunata comitante cathedralem eccleſiam ingrediatur, ibidemque omnes coadunati miſſam ad principale altare eiuſdem eccleſiæ audiant. Simulque deinde ad palatium D. Gubernatoris dictæ ciuitatis accedãt vbi in præſentia anteceſſorum priorum quilibet ipſorum corporaliter tactis ſcripturis in manibus præfati D. Gubernatoris Cancellario dicti communis deferente, & acceptante iurent Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Sanctiſſimo Domino Noſtro, & Sanctæ ſedi Apoſtolicæ, cęteriſque ſuperioribuſ, vt par eſt, fidem, & obedientiam, ac deuotionem præſtare, & in eorum fide, obedientia & deuotione durante, tempore eorum officij ciuitatem ipſam, ſuumq; populum manutenere, eorumq; officium bene, & legaliter gerere & omnem honorem, iuriſdictionem, iura immunitates, & priuilegia communis Fulginei conſeruare. Iuſtitiamque tam pauperibus, quàm diuitibus ęqua lãce adminiſtrare, ſtãtutaq; reformationes, & ordinamenta, & omnia in præſenti capitulo contenta, aliaq; decreta, & conſuetudines obſeruare. Demum ab anteceſſoribꝰ Prioribus aſſociati ad ſolitum palatium ire debeant, & ab eiſdem informationem recipere eorum quæ adhuc executioni demandata non fuere & in pendenti remanſere. In quo dicto prioratus officio durante, diu noctuq; reſidentiam faciant, & quilibet eorum faciat, ibidemq; ſimul comedere, & bibere debeant, niſi iuſto impedimento aliquis ipſorum in domo detineatur. Nec de palatio ipſorum exire poſſint, niſi cũ veſtibus & ornamentis conſuetis, & omnes ſimul cum tota familia, ſub pœna priuationis officij & 25. lib. denariorũ, ꝓ quolibet & qualibet vice, ipſo facto incurreñ. & applicanda comuni Fulgiñ. Nec præfati Domini Priores debeant, ſub iam dicta pœna pro facto proprio, vel alicuius alterius perſonę ad Dominum Gubernatorem, vel prætorem, vel alium officialem, vel ſuperiorem accedere niſi prius inter ipſos, & no-

uemuiros de ipſo acceſſu,& eius cauſa deliberatio fiat,qui ſi accedere deliberauerint
cum tota familia,& cancellario dictæ ciuitatis acceder̃ debeant,cauſam de qua deli-
berauerint proponant,& non aliam,ſub iam dicta pœna. Nec aliquis ex iam dictis
Prioribus ex cauſa propria extra dictã ciuitatem diſcedere poſſit,niſi prius petita, &
obtenta licentia àMagnifico concilio dictæ ciuitatis qua habita equitando & aſſocia
tus à duobus famulis de familia dicti palatij adminus accedere debeat ſub iam dicta
pœna vt ſupra incurrenda,& applicanda. Nulluſque ſub eadẽmet pœna vt ſupra in
currenda,& applicanda poſtquam extractus fuerit ad dictum officium prioratus vſq;
ad decem dies poſt illud finitum poſſit coram aliquo officiale,alios citari facere, vel
aliqua ex cauſa criminali,vel ciuili vel miſta conuenire,nec etiam poſſit ab aliquo ci
tari,& conueniri,& ſi aliquam cauſam inceptam habuerit per dictum tempus in ea
ſuper ſedeatur,& ſi citatus,vel conuentus fuerit,vel alios citari fecerit, vel conuene-
rit vltra iam dictam pœnam,ſit citatio nulla, & proceſſus & quicquid actum fuerit
nullus,& nullum. Inter dictos Dominos Priores primum locum teneat caputprior,
qui propter eius gradus præeminentiam etiam veſtibus ſericis nigri coloris oblongis
tamen vtſupra induere poſſit,cuius cura ſit inter nouemuiros,& in Magnifico conſi-
lio cẽtumuirale de caſibus occurrentibus propoſitas facere legatis, & oratoribus,ſeu
aliter ipſis dominis prioribus expoſitionem aliquam facientibus reſponſum dare.
Qui priori loco ſedeat,& inter ipſum,& eius proſſimiorem collegam Dominus Gu-
bernator incedat,inter alios verò duos,videlicet tertium, & quartum ſit locus Do-
mini Prætoris dictæ ciuitatis,& inter alios duos vltimos iudex appellationum eiuſdẽ
ciuitatis incedat, ſedeant verò poſt D. Gubernatorem Caputprior, ſecundus prior,
D. prætor tertius prior iudex appellationum quartus prior,& quintus collateralis D.
prætoris & prior nouellus vltimo loco. Teneanturq; præfatos dictæ ciuitatis officia-
les,ad quælibet ſolennia,in quibus ipſi Domini Priores intereſſe debent inuitare, ad
quæ cum tota familia ipſius palatij à pluribus ciuibus quàm fieri poterit aſſociati ac-
cedere debeant,& teneantur. Quorum Dominorum Priorum vltimus prior,vulgo
dictus,prior nouellus ſuper expenſis,magiſtro domus præfatorum Dominorum Prio
rum facieñ.aliiſque ad gubernium D. priorum pertinentibus curam habeat. Crate-
ras,vaſa, & alia ſupellectilia dicti palatij,tam argentea,quàm ænea & alia quęcunq;
cuſtodire teneatur,illaque omnia integra ſucceſſori ſuo per inuentarium conſignare
pecunias per ſignationes bullectarum executiuarum ſoluẽdas recipiat,eaſque in cip-
po ad id deputato ponat,& de eis rationẽ ſuo periculo depoſitario prius montis pie-
tatis in fine officij ipſius reddat. Teneanturq; præfati Domini Priores,& quilibet ip
ſorum morigeratè & laudabiliter iuuere,& in palatio à blaphemia, ludiſque prohibi
tis tam ipſi abſtinere,quàm etiam curare vt illi de eorum familia,& alij abſtineãt,ba-
racterias,& inhoneſta non faciant,nec alios facere permittant,ſed prioratus gradum
in omnibus,& cum omnibus ſeruent ſub pœna pręſtiti iuramenti,& amiſſionis ſalma
rum frumenti prioribus à communi Fulginiæ dari ſolitarum. Debeantque negotia
per ipſorum præceſſores pro communi dictæ ciuitatis incepta fine debito terminare,
& tempore,quo ipſis neceſſarium,aut vtile videbitur pro expeditione cuiuſcunq ne-
gotij nouemuiros ad ſolitum ſonum campanæ conuocare,eoſdemque per propoſitas
vt ſupra,à Caputpriore faciendas ſuper occurrentibus negotiis conſulere,& quod in
ter ipſos Dominos priores,& nouemuiros more ſolito obtentum fuerit, ipſi Domini
Priores exequi teneantur. Centumque virale conſilium ſemel adminus inquolibet
menſe eorum magiſtratus more ſolito cõuocare, in primo videlicet,menſe ante lap-
ſum

ſum decem dierum, in ſecundo verò antè lapſum quindecim dierum, in quibus conſiliis ſolum de vtilitate publica ſit facienda propoſita, prius tamen vna cum nouemuiris & legum conſeruatoribus viſis apodiſſis in tamburo repertis,& quas inter ipſos per balluctas,ſeu fabas obtineñ. videbitur in quolibet & dictis conciliis proponere debeant,de quibus apodiſſis in tamburo repertis, ſi aliquas ad infamiam alicuis factas viderint eas omnino reiciatur, nec in cōcilio proponi permittant ſub pœna 50. librarum ipſo facto ,pro quolibet ex D. prioribus & nouemuiris & legum conſeruatoribus incureñ. & communi Fulgiñ. applicañ. Et aliàs toties præfatum centumuirale conſilium inquolibet ex dictis menſibus conuocare debeant,quoties ipſis,& præfatis nouemuiris vtile,aut neceſſarium videbitur,vel ab aliquibus ciuibus alicui negotio præfectis requiſiti fuerint,& in eo de omnibus negotiis occurrentibus præpoſitam facere,& ſuper præpoſitis ſententias dictas à conſiliariis,vna cum nouemuiris eligere debeant,quæ magis vtiles communi Fulginiæ,vel rei ſuper qua propoſita facta fuit,videbuntur, eaſque ita electas in concilio balluctandas per cancellarium proponere,& obtentas more ſolito præfati Domini priores,qua decet celeritate executioni mandare ſub pœna præſtiti iuramenti. Et ſi contigerit ad huc dominorum priorum buſſulo durante,quòd imbuſſulati ex aliquo officiorum buſſulo omnes extracti fuerint,de eo propoſitam in concilio facient,& quicquid decretum fuerit, iuxta formam ipſius decreti exequantur,& faciant,vel exequi,& fieri curent bona fide & nulla adhibita fraude ſub pœna præſtiti iuramenti. Teneanturque in concilio cum veſtibus,& ornamentis,quibus extra palatium induere vtſupra debent,in loco eminente cum decoro,& gradu dignitatis ſedere. Nec poſſint à Magnifico Concilio præfati Domini priores,vel aliquis ipſorum aliquid ad eorum vtilitatem, vel honorem, vel gradum petere. Et ſi quis petierit incidat in pœnam 50. librarum denariorum, & quicquid obtinueirt,ſit nullum,& nullam habeat roboris firmitatē,nec aliquo modo id aſſequi poſſit,& Caputprior qui de eo propoſitam fecerit in eadem pœnam incidat,etiam ratione ꝓpoſitę. Teneanturque quolibet menſe ſemel ſaltem muros dictę ciuitatis tam intus,quam extra circum ire,& ſi quid debile,aut ruinoſum, vel defectiuum videbunt,id Magnifico Concilio notum faciant,& quam ipſi Magnifico cōcilio prouiſionem facere videbitur,exequantur ſub iam dicta pœna præſtiti iuramēti ſemelque adminus Domini priores per duos ex eis pr̃ accedentes, in eorum officio arces Caſtri Gualdi captaneorum,& Caſtri Rocchæ Franchæ reuiſere teneantur, an earum cuſtodes debitam prouiſionem,pro earum cuſtodia in eis,& qualibet earum, habeāt,aliaq; eiuſdem ciuitatis loca iuxta eorum indigentiam quos eis videbitur reuideri faciant. Et ſi contingat aliquem ex præfatis dominis prioribus in officio mori (quod Deus auertat) pro eius funeris impenſis à communi dictæ ciuitatis floreno. duodecim papales erogentur.

## De auctoritate & poteſtate Dominorum Priorum Cap. XXI.

QVIA quodlibet officiū auctoritate,quam habet,ſit nobilius, ideo ſtatuimus & ordinamus,quòd Domini Priores dictę Ciuitatis qui pro tempore fuerint habeant auctoritatem,& poteſtatem ad inſtantiam,& requiſitionem cuiuslibet particularis perſonę dictę ciuitatis,vel eius comitatus,vel in eo,ſeu ea habitantium ſcribere de iuſtitia adminiſtranda Poteſtati Caſtri Gualdi Captaneorū,Poteſtati Rocchæ Franchæ,Caſtellanis Caſtrorum Verchiani,Raſiliæ, & Collis Floreti, Vicariis

Caſtrorum

Caſtrorum. Caſtri Annifi,& populæ. Qui officiales teneantur & debeant p̄ceptis, &
literis præfatorum Dominorum Priorum inquantum iuſtitia ſuadebit,obedire, iux-
ta formam capitulorum pręfatorum Poteſtatum,& Caſtellanorum,ac Vicariorũ in-
fra ſub rubrica vegeſimaoctaua,& ſub pœna in dicti capitulis contenta,poſſintque q̄-
relas de præfatis poteſtatibus,Caſtellanis,& Vicariis,ſeu de aliquo ipſorum per ali-
quas particulares perſonas,vel vniuerſitatem,contra perſonas eorum,vel alicuius ip-
ſorum expoſitas, & vbi de intereſſe alterius partis collitigantis non agatur, audire,
& querelantes ab iniuriis & torto eorundem defendere, pignora, vel pœnas forſan
extortas reſtitui facere,& indemnitati hominum dictæ ciuitatis,& eiuſdem comita-
tus,& in ea,ſeu eo habitantium penes dictos poteſtates caſtellanos, & vicarios, &
quemlibet eorum, vt iuſtum, & æquum videbitur prouidere: poſſintque præfati do-
mini priores de querelis, & grauaminibus per particulares perſonas eiuſdem ciuita-
tis, vel ius comitatus,vel in eis,ſeu aliquo eorum degentes,contra officiales,ſeu offi-
cialem aliquem,vel notarios,ſeu notarium banchi damnorum datorum propoſitis
audire, & querelantium iudemnitati prouidere. De ſimoniis,& pecuniis, vel rebus
aliis ab officialibus,vel officiale præfati banchi extortis,vel aliter male ablatis cogno
ſcere & ſimoniacos per officiales eiuſdem ciuitatis ius reddtes debita pœna multari
facere,extortaſque pecunias,vel res,vel aliter malè ablatas reſtitui prouidere valeāt.
De conſulatu alicuius ſocietatis dictæ ciuitatis,vel ſindicatu alicuius caſtri ſeu villæ ,
vel alio officio eorundem differentias inter homines alicuius ſocietatis dictæ ciuita-
tis,vel caſtri,vel villæ vertentes iuxta formam ſtatutorum,ſeu reformationum dictæ
ciuitatis,vel conſuetudinem loci illius debito fine terminandi habeant poteſtatem.
Collectas,impoſitas quoſcunque ſoluere recuſantes,& onera tam perſonalia, quam
realia & miſta ſubire remittentes,ad requiſitionem conſulis ſocietatis illius, vel ſindi
ci caſtri,ſeu ville,ſub qua,ſeu quo,talis recuſans,ſeu renitens erit,ad ſolutionem dic-
tarum collectarum,& vt dicta onera ſubeant cōpellere poſſint, & quatenus opus erit
per dominum prætorem,vel alium officialem dictæ ciuitatis ad prædicta exequenda
præfati domini priores ita renitentes aſtringi facere ,quibus præfatus dominus præ-
tor ,& alii officiales dictæ ciuitatis omne auxilium,& fauorem præſtare debeant, &
teneantur,pro prædictis exequendis ſub pœna 50.librarum denariorum,per præfatū
dominum poteſtatem,ſeu alium dictæ ciuitatis officialem quoties contrafecerit ipſo
facto incurrenda,& communi Fulginiæ applicanda. Sindicos Caſtrorum ,& Villa-
rum ad idoneè fideiubendum prima die eorum officij cogere poſſint,& debeāt, aliàs
niſi eorundem dominorum priorum periculo,admitti non poſſint. Conſules ipſos
ſeu ſindicos pro adimplendis negotiis dicti communis aſtringi & detineri per eoſdē
officiales dictæ ciuitatis facere valeant,quoſcunque dicti communis debitores qua-
cunque ex cauſa,vel occaſione,ad ipſornm dominorum priorum ſimplicem requiſi-
tionem,per præfatos dictæ ciuitas officiales aſtringi, & detineri facere poſſint. Ci-
ueſque eiuſdem ciuitatis cuicunque negocio præfectos deputatos quandocunque ip
ſis videbitur ad ſe ipſos vocare, ipſoſque ad exequendum mandata eis impoſita com
pellere poſſint ,& omnia computa cuiuſcunque adminiſtrationis dicti communis,
vel ſaltem duo adminus computa reuideant,& calculent,& reliqua exigant ſub pœ-
na 25. librarum denariorum vtſupra,per quemlibet ipſorum incurrenda & applicā-
da,non tamen ea quæ magnificum conſilium per alios reuideñ. & ſpecialiter calcu-
lañ. decreuiſſet. Querelaſque per aliquam particularem perſonam, ſeu vniuerſitatē
contra ciues cuicunque negotio præfectos expoſitas audire,& ſi ipſis videbitur, parti

bus

bus auditis terminare aut magnificum concilium dictæ ciuitatis deſuper conſulere. Quodcunque negotium à magnifico concilio dictę ciuitatis eis impoſitum fine debito quanto citius terminare valeant,& debeant ſub iam dicta pœna. Et in negotiis ad ipſorum officium pertinentibus,quilibet de dicta ciuitate vel comitatu, vel in ea ſeu eo habitator parere,& obedire teneatur ſub iam dicta pœna 25. librarum denariorum communi Fulgiñ. applicandarum. Declarante tamen, quòd quoties inter aliquos ſuper prędictis,vel aliquo prędictorum differentia aliqua coram præfatis dominis prioribus verteretur,teneantur,& debeant,aduocatum communis Fulginei, qui ꝓ tempore erit,vocare,iuxtaque eius concilium differentiam prędictam decidere,& ſi quando ipſis dominis prioribus videbitur,etiam alios iuriſperitos dictæ ciuitatis vltra ipſum aduocatum ſuper tali differentia conſulere, & ſecundum aduocati & aliorum iuriſperitorum vocatorum vel maioris partis eorum concilium queſtionē & differentiam terminare teneantur,& ſi aliter,quàm præfato aduocato, vel maiori parti iuriſperitorum vocatorum videbitur,differentiam prædictam decident,dictorum dominorum deciſio ſit nulla,& nemo aſtringatur eam ſequi. Vtque maleficia tam in dicta ciuitate,quàm in eius territorio,& diſtrictu cōmiſſa puniantur,& quodque omnibus & ſingulis fiat iuſtitia,& quòd nullus contra ius, & iuſtitiam opprimatur prouidere poſſint & debeant. Et quod pecunia, & æs communis indebitè non expēdatur prohibendi auctoritatem,& poteſtatem habeant: quaſcunque literas nomine communis cuilibet ſuperiori,vel communitati, vel perſonę particulari,vel cuilibet alteri per quoſcunque ciues cuicunque negotio præfectos mittendas legere poteſtatem habeant,& ſi ipſis videbitur ſigillo communis ſigillari poſſe concedendi,vel aliàs deſuper magnificum concilium dictę ciuitatis conſulendi. Niſi à viginti ciuibꝰ de numero literę ſcriptæ ſint,quas nec videre,nec ſigillo claudi negare poſſint ſub pęna 50. librarum denariorum qualibet vicè incurrenda,& communi Fulginiæ applicanda. Ipſi tamen domini priores ad inſtantiam alicuius perſonę particularis, ſiue laycalis,ſiue eccleſiaſticę,vel alicuius ſuperioris, alicui ſub iam dicta pœna ſcribere poſſint inconſulto concilio domino poteſtati dictę ciuitatis Fulginię reſignam de eiꝰ officialibus & familia,& puntaturas facere iuxta formam capitulorum eiuſdem domini poteſtatis deſuper hoc libro explicatorum,valeant,& debeant quemlibet ex famulis de familia ipſorum dominorum priorum quandocunque eis videbitur remouendi,& de palatio dicti communis expellendi,facultatem habeant. Feſtiuitates ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis Fulginię ſub pœna in dictis ſtatutis contemta cuſtodiri facere poſſint & debeant, & non cuſtodientes ad ſolutionem dictæ pœnę aſtringere. Vtque officiales ad ponderandum venalem panem,carnes,piſces & alia extraordinaria deputati eorum officium exequantur, cōpellere poſſint, aliaq; dictę ciuitatis,& eius hominibus vtilia facere,& per officiales dictæ ciuitatis, & eius diſtrictus fieri curare poſſint,& iurent.

### De electione conciliariorum,& eorum iuramento,& officio Cap. XXII.

CVM difficile ſit in vnum Fulginiatem populum conuocare ꝓ negotiis occurrentibus expediendis,ęquum viſum fuit concilium vicem populi habere, Ideò ſtatuimus,& ordinamus,quòd ſi quando dominis prioribus dictę ciuitatis,& nouem uiris videbitur aliquem eſſe de dicta ciuitate idoneum,qui inter conſiliarios,& in eorum numero aggregari petat,illum in concilio proponant,an ipſis conciliariis, vide

atur

atur ipſum in conciliarium recipere,& per balluctas,ſeu fabas talis propoſitus ꝓ duabus partibus de tribus obtentis,ſit & eſſe intelligatur de numero conciliariorum, & nullus tamen in conciliarium eligi poſſit,cuius pater à quo emancipatus non fuerit, & ſeorſum non habitet,vel cuius frater carnalis,vel ſobrinus,vel patruus, cum quo ſimul habitat,ſit de numero conciliariorum. Nulluſque nouus ciuis dictę ciuitatis Fulginiæ à decem annis citra poſſit eligi in conciliarium dictæ ciuitatis. Et nullus, qui fuerit proditor communis Fulginiæ,vel alicuius caſtri dictæ ciuitatis, nec deſcendentes ab eis poſſint de conſilio eligi,& ſi poſtquam electus fuerit proditor fuerit ipſo iure intelligatur priuatus. Nulluſque minor 25. annis de conciliariis eligi poſſit, & ſi aliquis ex prædictis electus fuerit, eius electio ſit nulla & inualida, nec poſſit aliquo modo inter conciliarios in concilio eſſe,à quo expellatur, ſi ad eſſe noluerit, vel per ſuperiorem ad petitionem cuiuſcunque prohiberi poſſit ne ad concilium accedat. Et nihilominus ipſi domini priores eum eligentes incidant ipſo facto in pœnam 50. librarum denariorum pro quolibet communi Fulginiæ applicandam. Et ipſe electus ſi in concilio adeſſe voluerit ipſo facto incidat in pœnam centum librarum denariorum dicto communi applicandorum. Et maior 70. annis conciliariis non teneatur venire ad concilium,niſi voluerit. Et vbi plures eſſent in vna domo maior ipſorum poſſit eligi in conciliarium,& de alio ex illis facta electio non teneat vt ſupra. Nec aliquis de concilio eſſe poſſit niſi inter conciliarios,vt ſupra obtineatur, & ſi alio modo,vel via de illo eſſe voluerit,nullo modo admittatur,& ipſo facto incidat in pœnã centum librarum denariorum dicto communi applicandarum debitoq; modo elect⁹ antequam inter conciliarios deſcribatur, & in concilio adeſſe poſſit, iurare teneatur in manibus dominorum priorum cancellario dicti communis deferente fideliter, & legaliter ſe gerere,& bona fide,& ſine aliqua fraude,& credentias, ſeu ſecreta ei impoſiti pro communi Fulginiæ non manifeſtare,& ſuper caſibus propoſitis bene, & legaliter ſicut eis melius viſum fuerit pro honore,& bono ſtatu communis populi ciuitatis Fulginiæ conſulere,& quod magis vtile communi Fulginiæ videbitur quantum in ipſo erit obtinere. Qui conciliarij teneantur,& debeant venire ad cõcilium poſt vltimum ſonum campanæ tribus vicibus pulſatæ. Vna vice videlicet de ſero, aliis duobus in die ſequenti: & ſi celeritas caſus occurrentis requirat etiam quòd eadem die tribus vicibus pulſetur poſt vltimum ſonum venire teneantur,& quicunque conciliarius non venerit in pœnam quinque ſolidorum denariorum ipſo facto, qualibet vice incidat monti pietatis applicandam,quæ pœna non intelligatur remiſſa, donec illam non ſoluerit: & extractus ad aliquod officium dicta pœna integraliter non ſoluta,illo officio potiri non poſſit,ſed laceretur,& alius de buxulo ſpicciolatorum extrahatur, ſeu iam extractus admittatur. Nulluſq; de cuius negotio tractaretur, in dicto concilio permanere poſſit,& ſi permanſerit,non valeat, quicquid ſuper ſuo facto in fauorem ipſius fuerit deliberatum,& nihilominus incidat in pœnam decem librarum denariorum communi Fulginiæ ipſo facto applicandam. Et ſuper qualibet propoſita tres de conciliariis ad minus conſulere debeant,qui in eorum dictis vtantur breuitate,& ad aliam materiam,niſi ad propoſitam ſe non extendant, & quicqd extra propoſitam dixerit,non deſcribatur,& incidant in pœnam quinque ſolidorum communi Fulginiæ applicandam. Et nullus conſultor,ſeu concionator, conſulendo ſeu concionando ſuper propoſita dicat id,quod alius dixerit & contrafaciens ꝓ qualibet vice in ſolidis quinq; denariorum communi Fulginiæ condemnetur. Et integrum concilium eſſe intelligatur quoties affuerint quinquaginta conciliarij. Et ſi qs

ex

ex conciliariis credentias aliquas manifeſtauerit ſoluat communi Fulginiæ 25. libras denariorum & ipſo conſilio ipſo facto priuatus intelligatur per tres horas, & nullum officium habere poſſit in dicta ciuitate per dictū tempus. Et quicquid deliberabitur reformabitur, vel prouidebitur in dicto conſilio debeat obtineri per duas partes aſtātium Dominorum priorum, & conſiliariorum niſi aliter in aliquo caſu ſpecialiter ꝓuiſum fuerit.

De his, qui non tenentur venire ad concilium Cap. XXIII.

ITEM dicimus & ordinamus quòd ſi aliquis ſteterit extra ciuitatē Fulginiæ quādo pulſat campana de ſero, ſeu prima vice ad concilium, vel ſi eſſet paratus ire foras, vel ſi eſſet infirmus, vel eſſet in nuptiis, vel alio iuſto impedimento impeditus, vel eſſet maior 70. annorum, non teneatur venire ad concilium, nec teneatur ad pœnā, & de prædictis ſtetur ſacramento ſuo. Et quilibet de conciliariis licentiam de non veniendo ad dictum concilium per dominos priores, qui pro tempore fuerint, obtinere poſſit, & cuilibet ex dictis dominis prioribus de licentia data, credatur.

De auctoritate & poteſtate concilij. Caput XXIIII.

DE auctoritate concilij eam ob cauſam libenter dicimus, non vt ei maiorem auctoritatem attribuamus, ſed vt, quæ illa fuerit à primordio ciuitatis Fulginiæ nemo, nobis ſcribentibus, ignoret. Statuimus igitur, & ordinamus, quòd concilium dictæ ciuitatis poſſit omne id tractare, ordinare, deliberare, diſponere, ſtatuere & reformare, quod totus & integer populus ciuitatis prædictæ, tractare, ordinare, deliberare diſpone ſtatuere & reformare poſſet, & quicquid tractatum, ordinatum, deliberatum diſpoſitum ſtatutum & reformatum fuerit per concilium prædictum modo, quo ſupra diximus in præcedenti proximo capitulo habeatur, & intelligatur tractatum, ordinatum deliberatum diſpoſitum ſtatutum & reformatum à toto integro populo prædicto. Poſſitque tractare, & deliberare de collecta imponenda, & exigenda, & de quibuſcunque expēſis faciendis, pro quibus collectas imponere poſſit modo & forma, quibus ipſi concilio videbitur, & placebit. Et de electione domini prætoris, & eius officialium, qui pro tempore futuri erunt dictæ ciuitatis, & aliorum officialium eiuſdem ciuitatis, caſtrorum, & locorum eiuſdem, & de immunitate concedenda alicui ex dicta ciuitate, vel territorio, vel alicui forenſi, imperpetuum, vel ad tempus. Poſique etiam tractare, diſponere, & deliberare de ciuilitate concedenda cuicunque ipſi videbitur gratis, vel pretio ſoluto, & de alienatione, hypotecatione in perpetuum, vel ad tempus, vel alio quouis modo bonorum ſtabilium, vel mobilium, iurium, vel actionum, vel iuriſdictionum, quæ, & quas dictum commune habet in dicta ciuitate, & in ſingulis villis, & caſtris comitatus Fulginię, vel alibi. De oneribus ſubeundis per aliquas particulares perſonas dictæ ciuitatis, vel eius comitatus, & diſtrictus, ad quas onus illud magis ſpectare ipſi videbitur. Et nomine dicti communis & populi quoſcunque procuratores vnum, vel plures, & vbicunque videbitur & placebit cōſtituere, quaſcunque lites, & cauſas aſſumere, mouere, & finire nomine dicti communis & populi cum quibuſcunque, & in quacunque curia, & loco, vicem poteſtatem, & auctoritatem ipſiuſmet concilij pro aliquo negocio, vel cauſa, vel ēt generaliter aliquibus particularibus perſonis, ſeu etiam particulari perſonæ dare, cōcedere, & demandare Damnum dantibus in territorio, comitatu, & diſtrictu dictæ

F ciuitatis

ciuitatis quomodocunque,& qualitercunque pœnam prout temporis occaſio ſuadebit, & ipſi videbitur augere, vel minuere poſſit,& incurſam in totum, vel in partem exigere,vel remittere,æſtimationem iuxta formam ſtatutorum pro domino, cui datum damnum extitit, factam, ad veram,& communem æſtimationem reducere poſſit,& de omnibus aliis factis negotij neceſſariis & expedientibus quomodocunque & qualitercunque dicto communi & populo tractare,ordinare,& deliberare. Et prohibitiones,ſeu reformationes quaſcunque etiam ſub pœnis quibuſcunque videbitur applicandis,ſicut hucuſque fecit, conſtituere, &facere poſſit. De condemnationibus tamen aliis ad cameram pertinentibus bannis & proceſſibus in perpetuum, vel ad tempus remittendos, caſſandis,ſuſpendendis,vel tollerandis ſe intromittere non debeat.

De nouemuiris,& eorum iuramento & officio Caput. XXV.

QVIA principiis occurrere opportunum viſum eſt. Ideo ſtatuimus,& ordinamus,ne per inordinatas propoſitas damnum communi,vel periculum ſubſequatur, ꝙ ſint & eſſe debeant nouemuiri,qui ſint,& eſſe debeant de numero conſiliariorum,& eorum qui fuerint imbuſſulati,in loco caputpriorum,& electio ,de aliis facta, ſit nulla,& extractus qui fuerit de alio ordine,ſeu gradu laceretur,& alius extrahatur in locum illius,& nihilominus imbuſſulatores incidant in pœnam 25. librarum denariorum pro quolibet communi Fulginiæ ipſo facto applicandam :quorum tres extrahantur in qualibet extractione facienda de dictis dominis prioribus, & eorum officium duret per ſex menſes,ita,quòd ſemper ſint nouemuiri, ſex de veteribus, & tres de nouo extracti: Qui quoties ipſis dominis prioribus,aliquod negotium occurrerit ſono campanæ vocentur,tribus ictibus pulſatis,qui teneantur ad dictum ſonum campanæ ire ad palatium, & conſulere ſuper propoſitis illis,factis per Dominos priores, vt videbitur ipſis expedire, & vtile eſſe communi,& rei ſuper qua ꝓpoſita facta fuit. Et Domini priores non poſſint,nec debeant conſilium dictæ ciuitatis conuocare,niſi prius inter ipſos dominos priores,& nouemuiros præfatos de illo conuocãdo deliberatum fuerit ſub pœna 25. librarum denariorum pro quolibet ex dictis Dominis prioribus incurrenda ipſo facto,& communi Fulginiæ applicanda niſi in caſibus expreſſis ſupra in capitulo de Dominis prioribus. Nec aliquam propoſitam facere poſſint in conſilio præfati domini priores,niſi prius illa per balluctas,ſeu fabas pro maiori parte inter ipſos dominos priores,& nouemuiros deliberata, & approbata fuerit ſub iam dicta pœna. Et quicquid deliberatum fuerit,forma prædicta nõ ſeruata, nõ valeat,nec teneat,nec habeat roboris firmitatem. Nec præfati Domini priores ſuꝑ propoſitis factis in conſilio,partitum,nec arrengam aliquam in conſilio balluctandã accipiant,niſi inter ipſos dominos priores,& nouemuiros de ea accipienda, & balluctanda vt ſupra deliberatum fuerit ſub iam dictis pœnis,& dictorum nouemuirorum ſufficiens numerus pro prædictis expediendis eſſe intelligatur dnmmodo internemãt tres ad minus ,& alii poſt dictum ſonum campanæ per aliquod ſpatium arbitrio ipſorum Dominorum priorum,& aliorum trium de nouemuiris qui acceſſerunt,expectati fuerint, tribus vero de dictis nouemuiris adminus non interuenientibus nihil per præfatos dominos priores deliberari poſſit,& ſi deliberatum fuerit, non teneat ipſo iure,& quilibet ipſorum ipſo facto incidat in pœnam 25. librarum denariorum communi Fulginiæ applicandam,& quilibet ipſorum. Iuret ad ſancta Dei euangelia tactis

ctis corporaliter ſcripturis ipſorum officium facere bona fide,& non deliberare, nec approbare aliquam propoſitam,quam non videat ad communis vtilitatem redundare.

De Conſeruatoribus legum & eorum officio & iuramento Cap. XXVI.

NON ſolùm eſt reipublicę pernitioſum,verum ab eius dignitate valde alienum vt aliorum præmeditatis ſuaſionibus & importunis poſtulationibus leges ab rogentur. Statuimus & ordinamus, vt ciues ad conficiendum buſſulum Domiñ. Priorum,vel aliter à Magnifico conſilio deputandi eligant aliquos ciues,qui ſint ordinis & de numero Caputpriorum,quos & quorum nomina in breuiculis ſiue chartutiis per cancellarium communis ternatim deſcribi faciant,buſſulumq; ex eis conficiant, illumq; Domiñ. Prioribus & Cancellario conſignent, reponendum per eos in capſa officiorum communis:& tempore extractionis faciendæ de magiſtratu Dominorum priorum, cæteriſque officiis per Magnificum Domiñ. Gubernatorem, & in eius abſentia per Caputpriorem dictæ ciuitatis extrahatur vnum ex dictis breuinculis,continens nomina trium ciuium.qui nomen & officium conſeruatorum legum aſſequantur ꝓ vno ſemeſtre incipiendo in calendis menſis Ianuarij,vel in calēdis mēſis Iulij. Qui in principio eorum officij coram M. D. Gubernatore DD. Prioribus dictæ ciuitatis,& in manibus cancellarij,iuxta formam traditam in capitulo de nouē uiris ſolitum recipiant iuramentum. Penes quos altera ex clauibus capſettæ tamburi eſſe debeat: & in dicti tamburi aperitione ordinaria,ſiue extraordinaria, & in cuiuslibet magiſtratus,& officiorum extractione debeant per DD. Priores vocari per vnum de eorum familia pro certis die & hora: dictiq; ciues & legum conſeruatores comparere teneantur,& in prædictis & quolibet prædictorum intereſſe,niſi legitimo excuſentur impedimento,ſub pœna decem librarum denariorum à quolibet ipſorũ contrafaciente auferendorum,& communi Fulginiæ applicandarum. Declarantes ꝙ propter eorum,aut alicuius ipſorum abſentiam,vel contumaciã,actiones ſiue executiones prædictæ impediri aut retardari non poſſint,debeant & teneantur conſeruatores prædicti,aut eorum duo,vel vnus,qui præſentes,ſeu præſens fuerit,tam in diſcutiendis apodiſſis de tamburo receptis,in magiſtrat⁹ & officiorum extractione, quàm in conſilio centumuirali,dum contigerit celebrari,pro uiribus curare,nequid contra legem fiat,aut tractetur. Poſſintque coram DD. Prioribus de legum inobſeruantia proteſtari. Teneantur inſuper,& debeant indulta & priuilegia à Romanis Pontificibus,ac ſuperioribus per communitatem Fulginiæ obtenta,tam M. D. Gubernatori,quàm Poteſtati,aliiſq; officialibus dictæ ciuitatis intimare, & intimari facere, & eorum obſeruantiam petere, & de eorum inobſeruantia debitis modo & forma proteſtari,& denique in omnibus concernentibus legum & ipſius reipublicæ conſeruationem,ſit & intelligatur dictis ciuibus omnis cura & plenaria auctoritas demãdata.

De officio iuriſdictione,& iuramento viginti de numero Cap. XXVII.

QVIA experiētia comprobatum eſt Numerum viginti proborum virorum à communitate ciuitatis Fulginię inſtitutum,& ordinatum ad reprimendam flagitioſorum inſolentiam,iuſtitiamque,ac pacem in ipſa ciuitate conſeruandam,& ad officialium S. D. N. fauorem plurimum prodeſſe ad præmiſſa dictum numerũ & officium viginti virorum in eadem ciuitate ſtatuimus perpetuo eſſe,prout hactenus cō-

ſuetum eſt. Et ad idem officium viros probos annuatim eligi,qui aſſiduè & omni tẽpore de omnibus rebus publicis,& de illis, quæ ad publicam vtilitatem,& quietem ꝑtinent conſulere,& prouidere poſſint volumus & decernimus. Et vt quæ agenda, & expedienda remanſerunt in dicto officio anni præcedentis plenè ſciant: vt quolibet anno remaneant in eo quinque ex illis,qui proximo elapſo anno fuerunt in officio. Eligendi videlicet dicti quinque per ſuffragia more ſolito inter ipſos,& per ipſos pro bos viginti viros de numero cum præſentia, & ſuffragio Domini Gubernatoris, ſeu Locumtenentis dictæ ciuitatis pro tempore exiſtentis:alij vero quindecim eligẽntur & eligi debeant per communitatem,& conſilium centumuirale modo & forma conſuetis. Qui ſic electi ſtatim in eodem conſilio in manibus Dominorum priorum p̄ſtare teneantur, & debeant iuramentum de exercendo officium legaliter, & fideliter in forma corporaliter manutactis ſcripturis. Et quoniam ad repreſſionem, & punitionem malorum,officialium vires interdum non ſufficiunt, volumus, & decernimus viginti prædictos obligatos eſſe,& teneri ad omnem requiſitionem gubernatoris, ſeu locumtenentis pro tempore exiſtentis perſonaliter etiam cum armis ſi opus fuerit & perſonis per eos vocandis curiæ & officialibus aſſiſtere. Liceatque ipſis viginti de numero,& cuilibet ipſorum,mandare cuicunque ſub pœna pecuniaria, de qua ei videbitur,dummodo ſummam vigintiquinque ducatorum non excedat,vt armatus ſequatur. Poſſintque dictam pœnam de facto exigere,& exigi facere, quæ cõmuni dictæ ciuitatis applicetur.& à præmiſſis ratione conſanguinitatis, vel affinitatis nullus valeat excuſari,aut ſe tueri. Et liceat illis prout in dicto numero decretum fuerit,quandocunque viſum fuerit,ſcribere de rebus publicis,& quæ quietem ciuitatis, iuſtitiæ cultum,& ipſorum officium concernunt,cuicunque expediens iudicabitur,ſigilliſque communitatis ad libitum pro prædictis vti. prioreſque pro tempore exiſtentes teneantur quoties à iure & duobus,vel tribus aliis de numero prædicto, fuerint illius nomine requiſiti,ad ſigillandas quaſcunque literas,& inſtructiones, abſq; eo quod ſciant,aut requirant quid in illis contineatur, aut ad quem effectum, vel ob quam cauſam ſcribantur,aut mittantur,& ad effectum præmiſſum ſigilla tradere ſub pœna,& ad pœnam vigintiquinque ducatorum auri pro quolibet contrafaciente, repugnante,differente, vel replicante, quæ pęna toties incurratur,quoties fuerit contrafactum,& exequatur de facto abſque aliquo proceſſu,& applicetur dicto communi & de contrafactione,repugnantia,dilatione,vel replicatione,credatur dictis priori & duobus,vel tribus de ipſo numero cum eorum iuramento. Teneaturque Gubernator,vel locumtenens pro tempore,cum primum id illis fuerit per prædictos denunciatum,dictam pœnam exigere pro dicto communi fine officij prioratus minime expectato ſtatutis,priuilegiis, indultis,& conſuetudinibus dictæ ciuitatis de priorum immunitate,& officio,ac prærogatiuis loquentibus, minime obſtantibus. Et quorum facile euenire poſſet vt viginti præfati pro mittendis nunciis, aut pro aliqua executione contra banditos,exules,& facinoroſos,aut aliqua alia re eorum officio incumbente,& publicam vtilitatem concernente,facienda, & expedienda opus eſſet habere vnam,vel plures ex clauibus portarum dictæ ciuitatis in die,vel in nocte ſtatuimus,& ordinamus priorem,ſeu priores,vel alium quemcunque dictas claues tenentes:& ſeruantes teneri ad illas dandas,& tradendas quandocunque fuerint à dicto numero vel eius priore & duobus aliis aut tribns vt ſupra requiſiti,ſeu eorum aliquis requiſitus ſub pœna prædicta vigintiquinque ducatorum incurrenda,exigenda, & applicanda vtſupra,& credatur vtſupra dictum eſt. Statuimus etiam & ordinamus

mus

mus priorem,ſeu quemlibet alium de dicto numero, qui claues dictas acceperint p
miſſione in ciuitatem alicuius rebellis exulis,aut banditi effectu etiam non ſequuto
teneri ipſo facto ad pœnam confiſcationis omnium bonorum, ac exilij perpetui ab
ipſa ciuitate Fulginiæ,& eius comitatu,fortia & diſtrictu,quæ pœna bonorum confi
ſcationis dicto communi applicetur.¶ Si quis autem ex viginti prædictis odio,amore
prece,pretio,aut aliquo alio effectu,in odium vel fauorem,alicuius aliquid ex his, q̃
in eorum numero & concilio pro ſecretis tractabuntur,& deliberari ac ordinari con
tigerit reuelauerit verbo,& literis,nuncio,vel ſignis,aut aliter quomodocunque,&
qualitercunque,& de illis cum aliis,quàm cum illis de dicto numero,& eius collegis,
locutus fuerit,periurij,ac priuationis omnium officiorum & perpetuæ infamiæ, & vi
gintiquinque ducatorum prædictorum pœnas ipſo facto incurrat,dictaque pœna pe
cuniaria,exigatur,& applicetur vtſupra,careatque perpetuo omni priuilegio & di-
gnitate ciuitatis. Et ſi quis aliquem prædictorum viginti de numero durante officio
ex quacunque cauſa,aut finito officio ex cauſa officij perſonaliter offendat etiã mor-
te ac membrorum mutilationem non ſecuta penam rebellionis & confiſcationis bo-
norum ipſo facto incurrat & perpetuo ab ipſa ciuitate exulet omni reſtitutionis ſpe.
ſublata. Si minis aut verbis contumelioſis affecerit in officio vel poſt ex cauſa vtſu-
pra vltra iuris & ſtatutorum & conſtitutionum penas in centum florenis auri came-
ræ appoſtolicæ applicandis mulctetur contrariis non obſtantibus quibuſcunque.
Statuimus etiam & ordinamus quòd conſanguinei & affines omnium prædictorum
delinquentium vſque intertium gradum ſecundum ius canonicum computandum,
cogantur ipſo facto ad redimendum bona, vtſupra,confiſcata caſu occurrente,& pa
tres pro filiis vſque ad ſummam legitimę ipſo facto teneantur.Et ſi indurati,per duos
menſes ſoluere modo aliquo diſtulerint,ad ſolutionem dupli abſque aliqua vlteriori
mora cogantur. Statuentes & ordinantes quòd in principio officij dicti viginti de
numero & præſtito iuramento vtſupra,fiant proclamata generalia per *loca ſolita* &
conſueta dictæ ciuitatis Fulginiæ & publicentur nomina omnium dictorum viginti
de numero intimando omnium nomina,qui ad dictum officium fuerint *deputati* cũ
omnibus & ſingulis ſupra dictis pœnis promulgatis vtſupra contra omnes eos offen-
dentes vtſupra,& eis non parentes,& impetrentur à ciuibus de numero cenſuræ ſpe-
cialiter à S. D.N. pro tempore exiſtente, quòd omnes reuelantes ordinata in dicto
numero vtſupra eſt expreſſum,incidant in pœnam excommunicationis latę ſenten-
tiæ ipſo facto,à qua abſolui non poſſint,niſi expreſſa cauſa,& à S. D. N. pro tempore
exiſtente,vel eius legato in prouincia vmbriæ deputato,ab alio vero abſolui nõ poſ-
ſit niſi in mortis articulo. Addentes ꝙ vbi in dicto numero tractari contigerit de re
ſpectante ad aliquem de ipſo numero vel etiam familiam aut conſanguineum vel af-
finem primi gradus ſecundum computationem iuris canonici debeat à dicto nume-
ro durante dicto tractatu recedere ſub pœna priuationis officij.

### De Cancellario notario reformationum ciuitatis Fulginiæ, & eius officio & obligationibus. Cap. XXVIII.

CANCELLARIVS Notarius refotmationum ciuitatis Fulginiæ in princi-
pio ſui officij præſtare teneatur corporaliter manu tactis ſcripturis de exercẽdo
officium bene fideliter,& legaliter iuramentum in forma in manibus Dominorum
Priorum pro tempore exiſtentium,& idoneam cautionem ad minus,ſcutorum auri

in auro de faciendis obſeruandis,& ſatisfaciendis omnibus infraſcriptis. Sitque & eſſe debeat notarius expertus ſcriptor bonus,bonæ conditionis,& famæ,legalitate,fide, virtute,& bonis moribus decoratus,& teneatur & debeat ſcribere primo in quaternis,ſeu baſtardellis,inde accuratius tranſcribere in libris magnis cancellariæ, ſeu archiuij dicti communis omnes deliberationes & reformationes, & quicquid delibe rabitur,& reformabitur per dominos priores,& conſilium populi dictæ ciuitatis Fulginiæ. Dominos priores,& Nouemuiros nobiles viginti viros de numero,& omnes alias præfecturas dictę ciuitatis hactenus ordinatas & in futurum perpetuo ordinandas infra octo dies currẽtes à die quo deliberatum & ordinatum fuerit & quamlibet apodiſſam è tamburo extractam in dicto conſilio obtinendam, & omnia mandata, omneſque bullectas pro quibuſuis ſolutionibus pecuniarum quauis de cauſa faciendis,& rogitum recipere de omnibus & ſingulis occurrentibus dicto comuni, & ea in protocollis per exenſum redigere. Omnes & quaſcunque literas miſſiuas nomine publico cuilibet dirigendos,quacunque ex cauſa,& omnes alias ſcripturas cum rogi tu,& ſine quomodolibet ad officium cancellariatus,& reformationum ſpectantes & pertinentes quomodocunque,qualitercunque, & quacunque de cauſa, dummodo non ſint contra vtilitatem & deliberationes,reformationes & ſtatuta dictę ciuitatis eiuſque communis, teneatur etiam,& debeat facere copiam omnium prædictorum etiam ſuorum præceſſorum tempore confectorum cuilibet petenti in publicam formam ſine aliquo precio,ſaluo quòd ſi eſſet ſcriptura,apodiſſa,vel reformatio, & rogi tus obtenta,ſtipulata,& facta ſub iuramento dę non reuelando,& quorum propalatio eſſe poſſet in præiudicium dicti communis,quòd tunc non teneatur, nec debeat ipſorum copiam facere,nec dare,niſi cum licentia centumuiralis conſilij, & ſecreta, & credentias eidem impoſita,& impoſitas,& omnia ordinamenta dicti conſilij, officialium,& præfecturarum quarũcunque quæ ſint tenenda ſecreta, nulli pandat, nec debeat de dicta ciuitate ſe abſentare,nec aliqualiter recedere ſine expreſſa licẽtia dicti conſilij & tunc pro tempore abſentię ſubſtitutum idoneum à conſilio approbandum dimittere teneatur. Teneatur etiam recipere omnes ſupplicationes in dicto cõſilio proponendas qualibet ex cauſa ſine aliqua mercede,& inde ſi illas obtineri contigerit habeat groſſum vnum pro qualibet perſona particulari & non plus etiam ſi eſſent in vna ſupplicatione plures oratores ſimuluiuentes & ex eadẽ familia, vbi autẽ eſſet diuo & vltra ex diuerſis familiis iulium vnum. Et pro qualibet vniuerſitate iulium vnum cum dimidio, alterim iulij monetę currentis ſoluẽdũ tempore expeditionis dictarum ſupplicationũ & nõ antea nec aliter,nec alio modo. Pro literis verò miſſiuis etiam ad inſtantiam particularium perſonarum,vel vniuerſitatum quarumcunque,dummodo non in caſibus prohibitis,& qualibet alicuius ciuis in ordine prioratus aggregatione,& noui ciuis creatione nihil percipere poſſit,nec debeat ſalua mercede prædictæ ſupplicationis. Teneatur etiam,& debeant pręmiſſa omnia in dictis quaternis,baſtardellis,& libris magnis poſtea tranſcripta publicare prout hactenus conſueuit. Nec vltra ſalarium ſibi à cammera apoſtolica ſoluendum modis & formis hactenus conſuetis aliquid recipiat à communi,ſeu ſpetiali perſona quacunq; ex cauſa niſi pro legalitate groſſum vnum,declarando,quod ſi pluribus inſtrumentis vnius notarij inſimul iunctis eam faceret,petere non poſſit niſi groſſum vnum. Et prædicta omnia,& ſingula teneatur obſeruare,& contra non facere quouis quæſito colore ſub pœna iuramenti per eum præſtiti,& vigintiquinque ſcutorum auri à ſe & dicto ſuo fideiuſſore de facto,& abſque alia declaratione auferendorum,& dicto communi

ni applicandorum vice qualibet de quibus credatur iuramento querelantium cum vnico tamen teſte,& poſſit propterea etiam ab officio remoueri. Statuentes deſuper quòd cuilibet copiæ publicatæ ex præmiſſis extrahendæ nihil opponi poſſit ratione ſolemnitatum,& ſubſtantialium quorumcunque non ſeruatorum,ſed fides plenaria in iudicio,& extra adhibeatur;& opponens,nullatenus audiatur.

De Cammerario communis ciuitatis Fulginiæ & eius officio, & obligationibus. Caput. XXIX.

ITEM dicimus,& ordinamus quòd Cammerarius ciuitatis Fulginiæ, eligi debeant & deputari in conſilio centumuirali dictæ ciuitatis more ſolito & conſueto, pro vnico anno tantum vir probus, bonæ cõſcientiæ,bonæ conditionis,& famæ ętatis ad minus annorum triginta cum ſalario florenorum ſexaginta, hactenus conſueto monetæ marchiæ,quod ſalarium eidem cammerario augeri nullo modo poſſit, & quicquid in contrarium fiat,nullum ſit ipſo iure,& ſoluatur eidem modis,& formis hactenus obſeruatis pro rata tamen temporis quo ſeruierit, teneatur, & debeat in principio ſui officij præſtare in manibus dominorum priorum,qui pro tempore erunt iuramentum in forma de fideliter & legaliter ſuum officiuum exercendo, & idoneã cautionem in forma depoſiti cum obligatione in ampliori forma cammeræ apoſtolicę pro ſumma,& quantitate ſcutorum quingentorum auri deſtando ad ſindicatum, finito officio rationem adminiſtrationis ſui officij reddendo,& reliqua reſtituendo,ſatisfaciendoque dicto communi de omni intereſſe paſſo,& incurſo & pecunias dicti communis,quæ ad manus ſuas peruenerint benè & ſollicitè cuſtodire,& non expendere, niſi modis & forma ſibi à conſilio centumuirali traditis,vel auctoritate habẽtibus ab ipſo concilio,& duos libros facere,& in eorum altero ſcribere omnes introitus,& prouentus dicti communis,& omnes pecunias,& denarios,& omnia,quæ ad eius manus perueniẽt,& inqua moneta,& in qua reddãtur,& à quibus,& quo die,& quo mẽſe,in qua quantitate,& in qua ſumma,& in alio omnes expenſas,ſeu exitus,in qua ſumma, & quantitate, quo die, & in qua moneta, cui & cuis mandato & cauſa confitendo omnia in eiſdem libris,quæ receperit,& indicando quæ ſoluerit,& expenderit. Ita quòd tempore ſindicatus clare & apte inueniantur ſcripti,& remanere debeant in cãcellaria communis Fulginiæ ſindicatu peracto. Et priores ciuitatis Fulginiæ, qui pro tempore fuerint teneantur,& debeant vinculo iuramenti,& 25. librarum denariorũ pœna pro quolibet,infra octo dies à principio eorum officij ſollicitè requirere & requiri facere computum à dicto cammerario,& idem cammerarius eiſdem dominus prioribus vinculo iuramenti,& pœna dictarum 25. librarum denariorum teneatur, & debeat computum de prædictis dare,& aſſignare,& ipſum computum ſingulorum omnium introituum,& exituum prædictorum cõſcribi,& reduci facere per cancellarium communis,& reportari,& ſcribi in libris magnis archiuij,& poſtea in primo cõſilio,quod fiet poſt dictum computum legi facere teneantur, ita quod in principio officij dominorum priotum infra dictum tempus de duobus menſibus in duos menſes, ſucceſſiue dictum computum audiatur in dicto conſilio,& à dicto cammerario recipiatur ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum. Et ad hoc,vt æqualitas ſeruetur, ſtatuimus,quòd cãmerarius prædictus teneatur,& debeat vinculo iuramenti ſatisfacere omnibus,qui apodiſſas crediti habeant à communi, & primo habenti apodiſſas, prius ſatisfaciat,ſub dicta pœna periurij,& 25.librarum denariorum de ſuo ſalario

communi

communi Fulginiæ applicandorum. Ordinamus etiam quòd dictus Cammerarius teneatur ſoluere monetam quamlibet ad rationem quam ipſe receperit. Et quòd ſi contingat ipſum aliquod cambium facere de dicta moneta,& ex illo vtilitatẽ conſeq̃ eam ponere ad introitum dicti communis teneatur vinculo iuramenti,& centum librarum denariorum pœna ipſo facto communi Fulginiæ applicandorum. Et ſi quis plus debito iam debitum cauſa ſolutum perierit ipſo facto pœnam centum librarum denariorum vice qualibet incurrat dicto communi applicandam. Teneatur etiam & debeat idem cammerarius vinculo iuramenti,& pœna amiſſionis totius ſui ſalarij, & de reficiendo eidem communi omnia damna,expenſas,& intereſſe quomodolibet incurrenda,& patienda per dictum commune,exigere omnia & ſingula credita dicti communis quacunque ex cauſa infra menſem à die conſignationis ſibi factæ,nemini reſpectum habendo, donec fuerit integraliter ſatisfactus, inuocando ad hoc, ſi opus fuerit,auxilium brachij domini Gubernatoris,& poteſtatis,& aliorum officialium pro tempore exiſtentium in dicta ciuitate, & exacta ad librum introitus ſcribere,& ſollicitè concordare omnes creditores dicti communis,maximè agentes pro cammera apoſtolica,ita & taliter,quòd nullum intereſſe executionis,vel viatici, nullæ aliæ expenſæ,nullaque damna dicto communi eueniant, aliàs ipſe cammerarius, & dictus eius fideiuſſor emendare teneantur omnino,& curam ponere, & intendere circa manutentionem,conſeruationem,& recuperationem bonorum & rerum dicti communis,& ſpecialiter molendinorum ſuperioris,& inferioris dicti communis, & aggerum ſeu cluſarũ arcaturarum eorundem, Palatij Dominorum priorum,& omnium aliorum dominorum dicti communis,& omnium rerum ſpectantium ad munitionem dicti communis. Et ſit ſollicitus & attentus,quòd dicta molendina, domus, palatium,& res aliæ,deperire,deguaſtari,vel perdi non poſſint,aut inutiles fieri, immò aptare,reparare & ſine vitio,& labe aliquibus ſint & permaneant faciendo expẽſas pro eorum manutentione,conſeruatione,& reparatione quomodolibet neceſſarias,intimatas prius conſilio centumuirali. Finito verò anno & officio ſtet ad ſindicatum per octo dies cõtinuos, & fiant in principio pro clamata per ciuitatẽ, & comitatus fortiæ & diſtrictus eiuſdem aduiſentur de dicto ſindicatu,& continuè recipiantur querelæ per quatuor dies,& in reliquis omnium reſolutio fiat pro, vel contra cammerarium prout iuſtitia ſuadebit,& ad ſindicandum eligantur in dicto conſilio quatuor conſiliarij,probi ratiocinatores in huiuſmodi experti,qui in præmiſſis quod iuri conſonum fuerit,terminent,et decidant, deum duntaxat pre oculis habentes, ſtatuentes inſuper quòd præmiſſa inuiolabiliter obſeruentur, et quiquid in contrarium fiat,nullius ſit roboris,efficaciæ,vel momenti.

## De Magiſtro domus,et familia dominorum Priorum. Cap. XXX.

QVONIAM vbi multitudo,ibi confuſio eſſe ſolet,ad obuiandum ne in palatio,et inter famulos et familiam Dominorum Priorum inordinatum aliquod inueniri poſſit, ſtatuimus et ordinamus quòd pro ſeruitio Dominorum Priorum, et communitatis ſit et eſſe debeat perpetuo vnus probus vir nomine magiſter domus in palatio eorundem Dominorum priorum,prout hactenus eſſe conſueuit, eligend' more ſolito,vbi opus fuerit,in conſilio centumuirali,cum ſalario, emolumentis honoribus et oneribus ſolitis et conſuetis. Qui magiſter domus ſit,et eſſe debeat, ſicut decet,caput totius familiæ prædictæ,et eidẽ omnes alij familiares,et ſalariati ſeruientes

uientes dictis Dominis prioribus in eorum palatio perpetui commenſales parere,et obedire teneantur omnino,pro omnibus et ſingulis dicti palatij occurrentiis, et ſui magiſtratus domus officij,aliàs incidant in pœnam ipſo facto arbitrio dictorum dominorum priorum pro tempore exiſtentium. Qui famuli,familiares, et ſeruientes prædicti ſint & eſſe debeant in numero competenti & arbitrio Magnifici conſilij,eliganturque in eodem conſilio,& inter eos ſint,& eſſe debeant quatuor tubicines, idonei,& in arte tubandi exercitati,& experti,cum ſalarijs,emolumentis,honoribus ,& oneribus conſuetis,& in communi & ad vnam menſam ipſis deputatam commedere inhibentes Domiñ prioribus ne dare poſſint eiſdem vel alicui eorum portiunculas ſeperatas ſub pœna amiſſionis grani & librarũ centum deñ. applicanda ipſi communi. Qui magiſter domus,tubicines,& alij famuli præfati teneantur, & debeant omnibus horis conuenientibus,& quibus opus erit in palatio prædicto ſtare, & permanere pro ſeruitiis occurrentibus dicti communis,& dominorum priorum ſub pœna pro quolibet quinque librarum denariorum dicto communi ipſo facto applicandarum,retinendarum de eorum & cuiuslibet eorum ſalario,& dictus magiſter dom⁹ teneatur & debeat ordinare omnes expẽſas quotiddianas,& illas facere pro victu dominorum priorum & familiæ eorum congruenter, & laudabiliter,& in tranſitu alicuius prælati ſuperioris & cuiuſuis domini temporalis per dictam ciuitatem arbitrio tñ dominorum priorum aſſiſtere teneatur,& obſequi omnibus in his & aliis mandatis ordinationibus,dictæ communitatis,& dominorum priornm pro tempore exiſtentium,& aliàs ſalarium conſequi non poſſit,nec debeat,& ſit illo priuatus ipſo facto dicto communi applicando,& poſſit ab officio remoueri. Teneatur etiam , & debeat idem magiſter domus facere liſtam ordinatam pro guardia facienda in dicto palatio de omnibus prædictis famulis,vt ter in ſingulis diebus ſint,& eſſe debeant cuſtodes in eodem palatio ante hoſtium ſolitæ manſionis dictorum dominorum priorum , ordinando illos. Item teneantur & debeant prædicti omnes famuli,ſeruientes, & tubicines, comitari dominos priores,& conuocare omnes ciues & perſonas prout ſibi mandabitur à dominis prioribus quacunque ex cauſa,& non poſſint à dicto palatio recedere ſine licentia adminus duorum,à dicta verò ciuitate omnium dominorum priorum,aliàs incidant ipſo facto in pœnam quinque librarum denariorum applicandarum dicto communi de eorum cuiuslibet ſalario retinendarum qui contrafecerit, & ire teneantur ſine mercede aliqua pedeſtres ad quemlibet locum ad quem pro communis occurrentiis neceſſe eſſet eos mittere,ſolos,vel cum ambaſciatoribus quocunque nomine,aliàs toto,quod tũc ſibi debitum ſit,priuati ſint ſalario ipſo facto,& à dicto palatio expellantur,dictumque ſalarium communi applicetur Tubicines verò,ad ad ita eundum,niſi ex cauſa neceſſitatis,non arctentur,ſed teneantur,& debeãt quotidie ante & poſt prandium & cænam dominorum priorum tubas pulſare, & idem facere dominis prioribus,& magiſtratu eorum collegialiter euntibus per ciuitatem & extra ad aliquas proceſſiones,diuina officia,miſſamque audiendam,& alia quæcunque loca ſacra.& non ſacra prꝫter dies Veneris, arbitrio dominorum priorum. Item teneantur & debeant dicti tubicines publicare,& præconizare omnia banna & proclamata,facere omnes ſubhaſtationes tam dictæ communitatis, dominorum priorũ eiuſdem,& omnium præfecturarum,nomine,quàm omnium,& quorumcunque ſuperiorum gratis & ſine mercede aliqua. Sed à particularibus perſonis modeſtam poſſint mercedem exigere iuxta caſuum qualitates. Nullo tamen pacto liceat dictis tubicinibus,pulſare dicta eorum inſtrumenta penes aliquem ſuperiorem,prelatum,vel

dominum temporalem,ſeu aliam perſonam occaſione numeris eſſequendi, contrafacientes verò incidant in pœnam decem librarum denariorum pro quolibet, & vice qualibet ipſo facto dicto communi applicãdarũ,& de eorum cuiuslibet ſalario retinendarum vtſupra. Teneatur etiam idem magiſter domus conficere inuentarium & curam habere omnium ſupellectilium palatij dominorum priorum ,& illa cuſtodire,& conſeruare pro vſu & neceſſitate dicti palatij, & quoniam facile euenire poteſt, & dicti famuli dominorum priorum,& maximè tubicines,qui de conſuetudine colligunt,& dant palluctas & ſuffragia in conſiliis ,ſciant quandoque tenorem,et ſubſtantiam eorum,quæ inter conſiliarios,et præfectos quoslibet,et jnter priores, et nouemuiros tractantur,ſtatuimus et ordinamus quòd ſi aliquis eorum reuelauerit aliquid de prædictis ipſo facto incidat in pœnam vigintiquinque librarum denariorum dicto communi applicandorum ,et nihilominus de dicto palatio expellatur,et credatur accuſanti cum eius iuramento,et dicto et atteſtatione vnius teſtis poſſit,item dicta familia et quilibet dictorum famulorum de ferre omne genus armorum offenſibilium et defenſibilium tam de die,quam de nocte,cum lumine, vel ſine quomodocunque. Et quilibet teneatur portare cappam cum balzana viridis coloris vt facile ab omnibus recognoſci poſſit pro famulo dictorum Dominorum priorum,alias incidat in pœnam prædictam et vt ſupra applicandam.

De iuramento officio,iuriſdictione,et obligationibus Caſtellanorum,et Vicariorum comitatus,fortiæ et diſtrictus Fulginiæ. Caput. XXXI.

CAſtellani,Vicarij,et officiales locorum comitatus , fortiæ et diſtrictus ciuitatis Fulginiæ teneantur et debeant in principio eorum officij iurare ad ſancta Dei euangelia tactis corporaliter ſcripturis eorum officiũ bene,fideliter,et legaliter exrcere,remotiſque ab eo odio,prece,pretio,et timore æqualitervnumquemquæ tractare cuſtodire,ſaluare et manutenere caſtra,loca,fortilitia,arces, homines,et iuriſdictiones eorundem ad omnem vtilitatem communis Fulginiæ , et cautionem idoneã præſtare in manibus cancellarij dicti communis ſtipulantis et recipientis pro dicto communi,dicta fortilitia,et arces dicto communi in eodem ſtatu reaſſignare,et reddere ,et dictas arces tenere durante tempore ſui officij bene munitas omnibus rebus neceſſariis ad victum et defenſionem illarum,et in fortilitiis,et arcibus continue ſtare, et omnia et ſingula facere et obſeruare ad quæ teneantur de iure ex forma quorũ cunque capitulorum,ſtyloque et conſuetudine,ſub pœna contenta in capitulis ipſo facto dicto communi in caſum contrauentionis applicanda,et pro eo de facto exigẽda,qui Caſtellani,Vicarij,et officiales eligantur , confirmentur , vel extrahantur de buſſulo reſpectiue more ſolito cum ſalario,emolumentis,honoribus ,et oneribus ſolitis et conſuetis in cõcilio centumuirali,ſeu de illius deliberatione,et ordine,et illorum fideiuſſores in eodem conſilio approbentur per duas partes de tribus partito obtento. Nec poſſint de dictis locis rececere,ſeu ab illis ſe abſentare,vel alium loco ſui ponere,et ſubſtituere,niſi de expreſſa licentia dicti conſilij,ſub pœna iam dicta. Ad hoc autem ne ſubditi ab officialibus prædictis indebitè opprimantur . Statuimus et ordinamus quòd quilibet Caſtellanus ius hactenus dicere ſolitus Vicarius, et officiales præfati poſſint,et ipſis liceat audire et decidere omnes cauſas ciuiles contra perſonas ſuæ iuris dictionis vſque ad ſummam florenorum quatuor monetæ Marchiæ , et non vltra ſummariè ſimpliciter,et deplano ſine ſtrepitu et figura iudicij , niſi ex par-

tium

tium concordia vtſupra ad ſummam florenorum decē ſimilium et non vltra ,& aliàs incidat in pœnam duorum ducatorum auri dicto communi applicandorum ipſo facto,& nullum nihilominus,& inualidum ſit,quicquid ſecus etiam partibus volentibꝰ & conſentientibus fiat . Et debeant procedere facta prius vna citatione perſonali vel bina domi cum interuallo vnius diei & facta quali quali petione redigenda , ſeu ſcribenda per eos comparente & confitente reo ſtatuat ei terminum trium dierū ad ſoluendum quo lapſo & ſolutione non facta exequtionem faciant realem , & perſonalē arbitrio creditoris . Si verò non comparuit pro ſumma petita & expenſis exequtionem relaxent contra eiꝰ bona & vbi fieri non poſſet executio in bonis faciant in perſona,ſi autem comparuerit & negauerit reum ſtatuat ad probandum & procedat, & terminet vtſupra . Item poſſint,& eis liceat facere quamlibet executionem intra fines ſuę iuriſdictionis per bullectas,extractus,& aliàs quaslibet formas dummodo ſub ſcriptas manu cancellarij,& ſolito ſigillo populi ſigillatas dicti communis ,aliàs incidant in dictā pœnā applicandā & exigendā vtſupra,dictaq; executio nulla ſit,& reponi debeat,ſeu realis,vel perſonalis,niſi infra tres dies currentes is cui facta exequtio concondauerit prędictas ſigillatis,& ſubſcriptas vt ſupra,quatenus facta ſit exequtio in re mobili ,debeant illlum tradere in continenti depoſitario loci quatenus ad ſit alias ſindico dicti loci qui poſt tres dies incontinenti debeat rem prædictam cōſignare depoſitario dictæ ciuitatis,quarenus debitor in rerum ſi non concordaſſet cū creditore,qui depoſitariꝰ illam vendat infra decem dies ſeruatis ſeruandis , ſi verò facta fuerit exequtio in re ſe mouenti tradant depoſitario , vel ſindico loci vt ſupra , qui lapſis tribus diebus & non concordato creditore in continenti cōſignare debeat conductori ſtallatici dictę ciuitati,ſub pœna 25 . librarum denariorum pro quolibet contrafaciente , & vice qualibet ipſo facto incurrenda & applicanda dicto communi . Pro quibus exequendis habeant pro eorum mercede in locis reſidentiæ & habitationis medium bononenum pro quolibet floreno,extra vero dicta loca bononenū vnū, & vltra exigens incidat in dictam pœnam applicandam & exigendā vtſupra . Pro qualibet petione & actu in ordinariis,vel commiſſariis cauſis actor & reus reſpectiuè ſoluant bononenum vnum,pro exactione teſtium bononenos duos pro quolibet teſte,pro copia ſcripturarum bononenum medium,pro qualibet cartha,pro delatione iuramenti deciſiui,& pro iuramento ſuſpitionis fugæ cum bullecta bononenos duos, pro quolibet iuramento,vltra exigens incidat in pœnam vt ſupra . Iuriſdictio itaque Caſtri Raſiliæ caſtellani ſit,& eſſe debeat in dicto Caſtro,& eius pertinentiis, & Caſtris Morri,& Scopuli,& Serroni,& eorum pertinentiis in villis Vulperini, Aſculani, Aquæ ſancti Stephani, Colliſcaſſuræ,& Spiazzæ, Ladianę Ciphi,Barri,Franchæ, Pedebarri,Caſanouæ,& earum pertinentiis . Caſtellani caſtri Verchiani ſit, & eſſe intelligatur in eodem caſtro Verchiani,& ſuis pertinentiis tantum . Caſtellani collis Floridi in eo,& ſuis pertinentiis & in villis Forcaturæ,Cupiglioli,Porcarellæ, Bolferagnæ & earum pertinentiis. Vicarij caſtri Anniſi,in eodem caſtro & ſuis pertinentiis,& in caſtro Caputaquæ,Afrilis,& villis Caſſignani,Aruelli,Palarni,Talognæ,Fūdi,Caliei,Seggij Riui, Tiſini,Piſentis, Factarum,Collislongi,Barraſiæ,Sixtini, & eorum pertinentiis . Vicarij Caſtri Populæ , in eodem Caſtro,& ſuis pertinentiis, & in villis Macchiani,& Frangæ & earum pertinentiis,& à Caſtro Paſani, villa pontiſcente ſimi Caſtro palos,Caſtro Ciuitellæ & villis Caſalis & Rouiglieti incluſiuæ vſq; ad ciuitatē Fulginiæ iuriſdictio ſit,& eſſe debeat officialium ciuitatis Fulginiæ , & in eis dicti Caſtellani,vel Vicarij ſe intromittere non poſſint . Item dicti officiales teneantur

neantur & debeant inquirere contra omnes Deum omnipotentem Ieſum Chriſtum & glorioſam ſemper Virginem Mariam blaſphemātes, & contra eos procedere per viam accuſationis,denunciationis,& inquiſitionis,& omni alio modo iuridico, & repertos culpabiles depredictis,cogere ad ſoluendum pœnam vigintiquinque librarũ ſimilium applicandarum dicto communi pro qualibet vice pro tribus partibus, & ꝑ alia officiali exequenti,blaſphemantes aliquem apoſtolorum ſanctorum, & ſanctarũ curiæ cæleſtis ad pœnam duodecim librarum ſimilium applicandarum vtſupra vicequalibet, iurantes verò per corpus Dei,Ieſuchriſti,Mariæ Virginis, & aliorum omnium Apoſtolorum Sanctorum & Sanctarum prædictus, ad pœnam quinque librarum ſimilium vicequalibet vtſupra applicandarum ,& in quolibet caſu prædictorum credatur accuſatori cum vno teſte medio iuramento,& accuſator teneatur ſecretus, & ſi aliquis prætenderet ſe grauatum ab eiſdem poſſit querelare coram dominis prioribus dictæ ciuitatis,qui priores teneantur ſub pœna periurij eos audire, & indebite oppreſſis prouidendo mandare dictis officialibus, vt dictum querelantem indebitè grauatum reponant ,ſub pœna eorum arbitrij applicanda dicto communi, & 25. librarum denariorum,& per inobedientes incurrenda ipſo facto,& de eorum ſalario, ſtatim retinenda & exigenda . Teneantur etiam,& debeant iidem officiales ſtare ad ſindicatum per quinque dies continuos,quorum duo ſint ad accipiendum querelas, & duo ad examinandum in loco officij,& quintus ſit ad reſoluendum in ciuitate Fulginiæ. Sindicatores autem ſint duo ciues conſiliarij de buxula extrahendi more ſolito,& vnus notarius pro quolibet officiali,qui ſcindicatores,& notarius victum habeant pro ſe,& æquis publico ſumptu locorum & vniuerſitatum,in quibus huiuſmodi ſcindicatus officialium fiet pro dictis quatuor diebus. Salarium verò eorũ & notarij ſit in totum florenorũ monetæ trium ſoluendum de ordinario ſalario officialiũ prefatorũ ,ſub bullecta per dominos priores & cācellariũ dictæ ciuitatis , quæ de facto exequi debeat per curiam ordinariam,ſocios milites,& birruarios domini prætoris,& aliorum officialium executores pro tempore in dicta ciuitate exiſtentium . In caſtris autem aquæ Franchę,& Gualdi captaneorum ſeruentur,hactenus ibidem ſeruari conſueta.

## De electione Baiulorum,& eorum officio obligatione & mercede cap.XXXII.

ELigantur Baiuli,ſiue nuntij per Dominos Priores,& nouemuiros dictæ ciuitatis pro tempore exiſtentes quot quando,& quoties viſum fuerit expedire, & eorum nomina,ac diem eorum electionis deſcribi faciant per Cancellarium in archiuio cõmunis,& ab eis iuramentum recipiant in forma de bene,& fideliter eorũ officio exercendo. Qui inſulas panni rubei cum lilio uiridis coloris deferre,teneantur vt ab aliis dignoſcantur.Qui debeant,& obnoxij ſint omnes,& ſingulas citationes,monitiones requiſitiones,& ambaſiatas,verbo,vel in ſcriptis prout ſibi demandatum fuerit ad inſtantiam eos requirentis diſtinctè,alta & intelligibili voce facere præcepta , requiſitoria,ac literas citatorias,inhibitorias,intimatorias,quibuſcunque , & contra quoſcunque præſentare,& exequi,citationes,requiſitiones,ambaſiatas,executiones,& pſentationes notarijs ad cauſas reſpectiuè deputatis in tempore ſolicitè, & fideliter referre debeant . Cum ſociis militibus,ſeu aliis officialibus ſi fuerint requiſiti ad executiones realiter faciendas,et pignora accipienda,accedant , illoſque comitentur . Pro quolibet pignore,ſiue qualibet executione in dicta ciuitate accipiant quatrenos

tres

treſ monetæ currentis. Pro qualibet citatione,ſiue ambaſiata in dicta ciuitate quatrenos tres monetæ prædictæ. Extra verò ciuitatem,& in eius territorio, comitatu, & diſtrictu bononenum vnum pro quolibet miliario,& qualibet citatione. Idem dicimus per eos ſeruandum in preſentatione,& executione præceptorum,& literarum ſimilium. Pro tenutis autem rerum immobilium per eos dandis in ciuitate Fulginiæ bononenos ſex pro qualibet tenuta etiam quòd fiat de pluribus rebus immoblibus, extra verò ciuitatem,& in eius territorio,comitatu,& diſtrictu habeant,& conſequãtur vltra mercedem bononenorum ſex pro qualibet tenuta vtſupra bononenum vnũ pro quolibet milliario. Si requiſiti in concernentibus eorum officio inſeruire, aut aliquod prædictorum facere recuſauerint,aut neglexerint, niſi legitimo excuſentur impedimento ,incidant in pœnam decem librarum denariorum pro quolibet cõtra faciente,& vice qualibet,auferẽ.& communi Fulginiæ applicañ. & credatur accuſatori cum vno teſte cum iuramento. Si verò aliquam falſitatem cõmiſerint, committens incidat in pœnam centum librarum denariorum,vtſupra auferẽ. & applicañ. & ſtet publicè ad cathenam per vnum diem,& officio priuetur,& nihilominus teneatur ad intereſſe partis. Declarantes in aliis caſibus non concernentibus eorum officio eos non teneri ad parendum mandatis alicuius officialis communis Fulginiæ. Idem dicimus de baiulis,& nunciis præſentibus,ſeu hactenus electis,quos eiſdemmet ordinibus,taxis,& obligationibus ſubiacere volumus,& decernimus,& maxime poſtquã de iure ſuo,& ſalario ſibi fuerit ſatisfactum ſub pœna quinque librarum denariorum ipſo facto incurrenda,communique prædicto applicanda,& ſi aliquis baiulus requiſitus fuerit ab aliquo,quod citet aliquem coram aliquo officiali ciuitatis Fulginiæ ad aliquem actum in criminali,ſeu ciuili cauſa oblata mercede pro ſuo labore, & facere recuſauerit incidat vice qualibet indictã pœnam vtſupra applicandam,niſi excuſationem legitimam haberet recuſandi,& de prędictis credatur iuramento requirentis, & accuſantis:& ſi aliquis baiulus in dicto officio baiulatus committeret aliquam falſitatem, puniatur pœna falſi ſecundum formam ſtatutorum dictæ ciuitatis, & tam illi qui ſunt in officio,quàm taliter eligẽdi poſtquam fideiuſſerint,& iurauerint vtſupra habeãtur, & ſint veri baiuli communis Fulginiæ donec fuerint reuocati: Teneantur verò dicti baiuli & facere debeãt omnes citationes,pignorationes & alia prædicta,tã ex forma ſtatutorum quàm ex laudabili conſuetudine, & quæ facta erunt fientque ꝑ ipſos valeant,& teneant ,& citationes quaſcunque in ciuilibus cauſis ,& potiſſimum in criminalibus facere poſſint ſine aliqua commiſſione quolibet loco, & die etiam feriato in honorem Dei authoritate præſentis ſtatuti,& ipſorum , & cuiuslibet eorum relationi ſtetur,& credatur tamquam publicis inſtrumentis. Et teneantur & debeãt relationem citationis facere in manibus notarij ad cauſam deputati ante terminum in citatione per eos citatis aſſignatum,& omnes & ſingulas citationes,requiſitiones, & præcepta prout eis imponeretur,& cuilibet eorum tã in ciuitate, & comitatu Fulginiæ,quàm in eius fortia,& diſtrictu,quorum baiulorum nullus eſſe poſſit procurator,tutor,curator,actor,vel ſindicus alicuius villæ,vel caſtri dictæ ciuitatis,vel particularis cuiuſcunque perſonæ,& ſi ſecus fiat,non valeat ipſo iure, & condemnetur qualibet vice in dictam pœnam vt ſupra applicandam: teneãtur item vocati,per cãpanam,ſeu aliàs quomodocunque venire ad curiam,& parere mandãtis officialium dictę ciuitatis ſub iam dicta pœna , vt ſupra applicanda , & pro eorum mercede pro qualibet citatione,& relatione recipiant in ciuitate Fulginiæ quatrenos duos currẽtes vſque ad tres, vltra verò quatrenum vnum pro qualibet citato,& relato,extra vero

ro

27v



ro ciuitatem, quatrenos quatuor pro quolibet miliari vſque ad tres, & vltra quatrenos duos pro quolibet citato. Pro tenuta vero danda in ciuitate præfata ſex quatrenos, extra ciuitatem infra vnum miliare duodecim, ſi vltra miliare bononenum vnũ, pro quolibet miliari. Pro pignoratione, ſeu executione in ciuitate quatrenos tres, extra ciuitatem, quatrenos tres pro quolibet miliari, & pro particularibus perſonis, de citatione in ſcriptis de literis citat. monitoriis, intimatoriis & præceptis & aliis quibuſcunque ſcripturis per eos præſentandis, & intimandis recipiant reſpectiuè modis & formis, prout ſupra de citatione verbali dictum eſt. Si verò iuerint pro factis cõmunis, habeant à communi pro ſuo ſalario quolibet die ſecundum conſuetudinem hactenus obſeruatam, & ſi vltra recipiãt ſeu petãt, incidãt in dictam pœnam, vtſupra applicandam, & omnia pignora poſſint accipere debitoribus, præter pannos de dorſo, & lecto, & arma, boues aratorios, & inſtrumenta ruralia, & ſi contrafecerint, vice qualibet cõdemnẽtur dicto communi in dictam pœnam applicandam vtſupra, & pignora reſtituere teneantur ſine acceptione & exactione alicuius mercedis, & ſalarij.

S. cap. xviij. fol. xvi. et S. cap. xlvi. fol. xxxij.

## De officio depoſitarij ad conſeruandum pignora per officiales, & baiulos communis accepta. Caput. XXXIII.

STatuimus, & ordinamus ad obuiandum malitiis officialium executorum, & baiulorum, & extorſionibus quæ fieri poſſent per ipſos cõtra ſingulares perſonas quòd nulla pignora per eos, aut eorum aliquem capi poſſint ſine mandato ſuperiorum alicui perſonæ, de quo ſcriptura aut autẽtica oſtendatur, ſub pœna decem librarum denariorum ipſo facto dicto communi applicandarum, & ſtatim ſine præcio pignora reſtituantur, & quod ſit, & eſſe debeat in ciuitate Fulginiæ vnus depoſitarius pignorũ eligendus in conſilio centumuirali, ſeu de buxulo extrahendus more ſolito cum emolumentis, ſalario, honoribus, & honeribus ſolitis & conſuetis, qui habeat apotecam in platea veteri communis, & eidem omnes & ſinguli baiuli, & officiales dicti communis teneantur, & debeant ſub pœna decẽ librarũ denariorum pro quolibet cõtra faciente, & vice qualibet incurrenda ipſo facto, & dicto cõmuni applicãda, & aſſignare omnia & ſingula pignora, quæ accipient à quibuſcunque perſonis in ciuitate Fulginiæ infra vnum diem, & in comitatu, fortia, & diſtrictu infra tres dies, à die receptionis ipſorum pignorum, vel alicuius ipſorum, cuius depoſitarii officium duret per ſex menſes, qui depoſitarius ſic electus teneatur & debeat bene & legaliter cuſtodire pignora ſic accepta, & ſibi aſſignata, & corã dominis prioribus dictæ ciuitatis in principio officij dare idoneos fideiuſſores de bene & legaliter dictum officium exercendo, & de reſtituendo pignora, quæ ſibi fuerint aſſignata, vel rationem reddendo de pcio illorum, ſi ea vendi continget cum reliquarum reſtitutione eorum domino faciẽda ſi quid reliquum fuerit ſoluto debito, & expenſis quomodocunque decurſis & reſtituere dicta pignora cuicunque accepta fuerint, habita prius apodiſſa officialis, qui accipi fecerit pignora ſupradicta, & creditoris ad cuius inſtantiam facta fuerant, cui depoſitario liceat dicta pignora retinere per tempus vnius menſis à die, quo fuerint ſibi aſſignata. Declaramus hoc non habere locum in rebus pro executione captis per caſtellanos ſed in eis ſeruari quod ſupra traditum eſt in capitulo de iuramento & officio caſtellanorum, & dicto elapſo termino, vendi debeant dicta pignora ſono tubæ præmiſſo in ſcalis palatij domini pretoris, & plus offerenti dari, cum præſentia tamen ciuis eligendi per dictum conſilium, vel de buxulo extrahendi more ſolito ad

aſſiſtendum

aſſiſtendum dictæ venditioni,& librum conficiendum,in quo ſcribat omnia prout īfra vendanturque ſine licentia alterius cuiuſcunque perſonæ,& præcium detur creditori,& ad cuius inſtantiam facta fuerant pro concurrenti quantitate ſui crediti,& expenſis deſuper factis,& liquidatis,& reſiduum reſtituatur debitori retēta tamen mercede ſibi debita pro dictis pignoribus , & omnibus deſuper per ipſum depoſitarium quomodocunque ſolutis & exburſatis officialibus,executoribus & baiulis quibuſcūque. Teneatur etiam dictus depoſitarius facere duos libros,vnum ſcilicet pro ſe , in quo ſcribere debeat,& annotare clare,& diſtincte omnia pignora,& nomina, & cognomina dominorum pignorum,& vnde ſint,nomina etiam creditorum,ad cuius inſtantiam pignora facta fuerunt,& nomen baiuli, & officialium , et executorum , qui attulerint dicta pignora,& qua de cauſa,& ꝑ qua ſūma ſint accepta, & diē ſibi factę aſſignationis,& alium ſimilem librum ſcribat,& tradat cancellario communis in cācellaria perpetuo ſeruandum . Qui depoſitarius teneatur,& debeat ſoluere officialibus,executoribus,& baiulis prædictis,mercedem eis debitam iuxta taxam ſtatutorum,& capitulorum deſuper expreſſorum,mercedem tamen integram officialibus , executoribus,& baiulis ſoluere non debeat,niſi pignora capta ſufficientia ſint ꝑ quātitate debita,& in commiſſione contenta,& pro ſuo ſalario,& mercede & cura deſuper adhibenda recipiat à dominis pignorum,ſi reſtituant,ſin autē retineat,in venditione ,vt ſupra facienda quatrenos tres vſuales pro quolibet pignore,& non vltra ,& ſi pro vna,& eadem cauſa acciperentur alicui ſimul & ſemel plura pignora , habere non debeat niſi vnicam mercedem. Animalia verò quæcunque in executione quacunque accepta per dictos officiales,executores,& baiulos conſignari debeāt in ſtallatico communis emptori dicti ſtallatici iuxta conſuetudinem hactenus obſeruatā, et inde officiales,executores et baiuli præfati eorum mercedem , et ſalarium conſequantur ad rationem prædictam,quæ ſibi emptores dicti ſtallatici modis , et formis ſupra pro depoſitario pignorum expreſſis ſoluere teneantur,dictique depoſitarius,et ſtallatici emptores obſeruare teneantur omnia,et ſingula in præſenti capitulo ſeriatim contenta,emptoreſque prædictos ,dicto depoſitario æquiparamus in omnibus , et per omnia,et prædicta obſeruari mandamus ſub iam dicta pœna decem librarum denariorum à quolibet contrafaciente vice qualibet incurrenda ipſo facto , et dicto communi applicanda. Salarium verò dicti aſſiſtentis eſſe debeat exprimat̄ ſalarium ſecūdū quod hactenus conſueuit,et nō vltra, et ꝑ illo ſibi bullecta fiat duntaxat , exhibito dicto libro vtſupra per eum conficiendo de pignoribus prædictis quę vendi contigerit,et in cancellaria dimiſſo,Qui continere debeat qualitatam pignoris venditi,nomen & cognomen dominij pignoris,ſummam & quantitatem precij, ex venditione habiti , nomenque & cognomen , & patriam emptoris , aliàs vltra amiſſionem ſalarij,quod ipſo facto amittat,incidat in pœnam prædictam decem librarum dicto communi applicandam,cuius officium duret,durante officio dicti depoſitarij, et in principio officij iurare teneatur tactis corporaliter ſcripturis de exercendo eius officium bene et legaliter,et pœna præſtiti iuramenti prouidendo , vt pignora iuſto pretio diſtrahantur.

## De electione Scindicorum,et Maſſariorum caſtrorum et villarum , et eorum officio . Caput. XXXIIII.

ITEM dicimus,et ordinamus quòd quælibet Villa,et quodlibet Caſtrum comitatus,fortiæ et diſtrictus Fulginiæ teneatur et debeat ſaltim per octo dies ante feſtum ſancti Felitiani glorioſiſſimi protectoris dictæ ciuitatis Fulginię quolibet anno

de

de menſe Ianuarij ordinare, et facere eorum ſcindicum, et maſſarios, qui poſſint in quacunque curia, & coram quocunque officiali dicti communis pro ſuis vniuerſitatibus comparere, & in ciuilibus, & criminalibus cauſis quibuſcunque reſpondere, aliàs in pœnam incidant ipſo facto quinquaginta librarum denariorum dicto communi applicandam. Electio verò fieri debeat hoc ordine, quòd quolibet anno à calendis menſis Ianuarij, per quindecim dies continuos, & ſic per totum medium menſem Ianuarij ante feſtum ſancti Felitiani. Scindici & Maſſarij veteres anni præcedentis cõgregent & congregari faciant omnes homines caput familias ſui ſcindicatus reſpectiuè in loco idoneo, & proponant de electione facienda nouorum ſcindici & Maſſariorum, & ad eam faciendam mittant in vno cappello tot fabas, quot ſunt focularia ſui ſcindicatus, & inter eos ſint & eſſe debeãt tot fabæ nigræ, quot ſunt officiales creandi, videlicet pro ſcindico, & maſſariis, ſi iſti omnes ſunt creandi, ſin autem, pro ſcindico, vel maſſariis tantum, iuxta loci conſuetudinem, & ille, cui obtigerit faba nigra prima vice ſcindicus exiſtat, & cui obuenerit ſecunda, & tertia vice aliæ nigræ ſint maſſarij reſpectiuè trahendo nominatim pro homine cuiuslibet focularis, & dictum officium duret per annum continuum, & ſi interim aliquis moriatur fiat electio alterius in locum defuncti ordine prædicto. Excuſentur tamen ab eodem officio maiores annis ſeptuaginta, & minores viginti, & infirmi infirmitate propter quam officiũ exercere impediantur. Item ſtantes pro famulis extra pertinentias ſcindicatus ſuæ originis, cum aliquo ciuè Fulginate, vel alia quacunque perſona niſi, aliàs exinde fraus aliqua cõiecturari poſſet. Et ſcindici, & alij officiales præfati ſint & eſſe debeant de eodem ſcindicatu, ad cuius ſcindicariam, vel officium eligunt, aliàs electio ſit nulla & eligentes in pœnam incidant prædictam vtſupra dicto communi applicandam. Qui Scindici veteres prædicti aſſignare, & reportare teneãtur nouos vtſupra electos Dominis Prioribus, tunc exiſtentibus ante dictum feſtum diui Felitiani. Et dicti noui Scindici, & Maſſarii ſe præſentare coram dictis Dominis prioribus in dicto feſto, & iuramentum præſtare in manibus Cancellarij communis qui gratis iuramentum recipere teneatur corporaliter tactis ſcripturis de exercendo officium bene & legaliter, & deſuper idoneam cautionem præſtare de fideliter adminiſtrando, & reliqua in fine officii reſtituendo. Et dictus Scindicus denunciare teneatur omnes rixas, & omnia maleficia, quæ fieri continget in dicto ſuo ſcindicatu, & ſuis pertinentiis notario maleficiorum domini prætoris dictæ ciuitatis, qui pro tempore fuerit ſub dicta pœna dicto communi, vtſupra applicanda infra tres dies continuos à die commiſſi maleficij, excipiantur verò ex dicta electione facienda focularia, quę non habeant homines maſculos, & ſi habeant ſtent pro famulis vtſupra, & omnes illi qui fecerint dicta officia, donec ſupereſt in ſcindicatu, aliquis, q̃ non fecerit dicta officia, ita quòd omnes onus huiuſmodi ſubeant, & ſic electi, per dominos priores, vel aliòs officiales dicti cõmunis mutari non poſſint, & ſi mutentur mutatio non valeat ipſo iure. Teneantur etiam dicti Scindici & Maſſarii, omnia alia facere, & exequi, quæ hactenus facere, & exequi ſoliti ſunt ad omnem ſimplicem requiſitionem dominorum priorum, & omnium officialium dicti communis ſub iam dicta pœna, dicto communi, vtſupra applicanda. Declarantes quòd nullas citationes, nullaſque præceptorum, & aliarum quarumcũque ſcripturarum præſentationes facere teneantur, dicti Scindici, & Maſſarij.

## De Caputconſulibus,& aliis officialibus conſulibus,ſocietatum ciuitatis Fulginiæ. Caput. XXXV.

QVONIAM ad regendum homines,ſocietatum,quæ in ciuitate Fulginiæ ab antiquo deputatè ſunt,quæ ſocietates totam ciuitatem diſtingunt, & pro faciendis factionibus occurrentibus facilem omnes reperiendi modum præſtant,officiales in eis deputari conuenit,& retroactis temporibus in eis deputari ſolitos eſſe reperimus. Statuimus & ordinamus,quòd in qualibet ſocietate prædictarum deputentur maximè Caput conſul,vnus de conſilio centumuirali,& duo conſules de aliis non conſiliariis,prout hactenus conſueuit,qui curam habeant omnium faciendorum in dictis ſocietatibus, præſertimque onus ſubeant exigendi omnes pecuniarum ſummas, quæ imponi contigerit eiſdem quacunque ex cauſa in communi ſoluendas, & alia omnia ſubeant onera generaliter,& indiſtinctè,quæ occurrent ſubiri quacunque ex cauſa in dicta ciuitate pro rata ſocietatum earum,in quibus morantur,permittentes eiſdē ſocietatibus officiales alios omnes eligere puta notarios,& depoſitarium plures, vel pauciores officiales de præmiſſis,ſicut in eis hactenus conſueuit. Electio verò fiat p buſſulas modis & formis hactenus conſuetis,videlicet quòd finitis buſſulis per dictas ſocietates eligantur tres homines in eorum addunantia, vnus de maioribus,& ordine conſilii prædicti,vnus de mediocribus,& ordine prioratus tantum dictæ ciuitatis vltimus de inferioribus qui habitis nominibus omnium hominum caputfamilias dictarum ſocietatum faciant de illis buſſulam de extrahendis officialibus ſocietatum earundem tripartitæ,& in vna ſint palluctæ caputconſulum de ordine dicti conſilii, in alia palluctæ conſulum,in quarum qualibet apodiſſa ſcribantur nomina mediocrum,& inferiorum duorum hominum dictæ ſocietatis, ita quòd conſules duo eodem anno ſint vnus de mediocribus,alter de inferioribus ſocietatum hominibus in tertia ſcribantur ſpecciolati in locum defunctorum,extrahendi,quę fiant etiam tripartitæ pro caput conſulibus,pro conſulibus mediocribus, & pro inferioribus, & ſic de aliis fiat officialibus,& quolibet anno in feſto beati Antonij de menſe Ianuarij fiāt per officiales veteres,congregationes in loco idoneo ſuarum ſocietatum, hominum earum,& in eis tractetut de nouis officialibus extrahendis, & ſumptis buſſulis noui officiales extrahi debeant coram magnificis dominis prioribus pro tempore exiſtentibus,& extracti ab inde in poſterum cenſeantur officiales anni ſequentis, vſque ad dictum feſtum beati Antonij incluſiuè,& ſtatim facta extractione,veteres officiales teneantur,& debeant eos ſcribi facere per notarium reformationum in Cancellaria dicti communis,& noui extracti iurare debeant inde,& per totum diem vigiliæ beati Felitiani glorioſiſſimi protectoris dictę ciuitatis,corporaliter tactis ſcripturis exercere eorum officium bene & legaliter,& dare idoneam cautionem de fideliter adminiſtrando,& reliqua reſtituēdo ſuis loco,& tempore ſolliciteque,& diligenter adimplendo omnia mandata dominorum priorum,& dicti communis,& omnia ſupradicta onera ſubeundo,prout expediens fuerit ſub pœna in quolibet caſuum prædictorum,librarum quinquaginta denariorum ipſo facto,à quolibet contrafaciente, auferendarum,& dicto communi applicandarum. Qui officiales ſic electi nulla poſſint ſe de cauſa excuſare,quo minus dictum officium exerceant,niſi eorum aliquis ſit maior annis ſeptuaginta,vel minor annis viginti,& infirmus infirmitate,propter quam nō poſſit officiū exercere. Qui cōſules tm̄ teneanť,& debeāt, denūciare oēs rixas, & oīa maleficia q̄ in eorū ſocietatib⁹ & earū ꝑtinētiis cōmitterenť,niſi ali⁹ ad idē particulariter

riter deputatus eſſet ,qui etiam teneatur denunciare vt ſupra,domino prætori dictæ ciuitatis Fulginiæ,& notario maleficiorum eiuſdem domini prætoris infra tres dies currentes à diè commiſſæ rixę,vel maleficij ſub pœna librarum vigintiquinque ſimilium dicto communi,vt ſupra applicandas,& de facto exigenda,dummodo pœna delicti commiſſi traſcendat quantitatem vigintiquinquè librarum. Si verò pœna fuerit à vigintiquinque infra,& dicto officiales non denunciauerint,medietatem pœnæ prædictæ incurrant de facto vt ſupra,& dicto communi applicetur, quam denunciationem dicti officiales facere teneantur etiam ſi iniuriatus accuſauerit, vel denunciauerit. Quos conſules priores populi dictæ ciuitatis pro tempore exiſtentes,pœna p̄ſtiti iuramenti,& decem librarum denariorum dicto communi applicandorum,non poſſint remoueri vel excuſari facere,nec de nouo extrahi,& quicquid in contrarium fiat,nihilominus nullum ſit,& non valeat ipſo iure,primoque extractus ſit, & eſſe intelligatur officialis,& officium cogatur exercere omnino,& denuo extractus auctoritate præſentis capituli non teneatur officium exercere,quorum omnium officialiũ, & notarii ſalarium & merces ſit,& eſſe debeat vnus ſcutus auri pro quolibet ſibi in fine ſui officii ex computandus de eo quod ſoluere teneretur pro ſua rata onerum impoſitionum. Et ſi rata cuique ad id ſcutus non adſcedere ſuppleatur ſibi per eius ſocietatem,dictique officiales poſſint,& valeant adunantias dictarum ſuarum ſocietatum congregare prout,eis expediens viſum fuerit,& in feſto ſancti Felitiani prædicti ſeruare & facere teneantur,& debeant omnia & ſingula,quæ dictæ ſocietates ſeruare & facere ſolitæ ſunt,ſub pœna prædicta vigintiquinque librarum denariorum ipſo facto incurrenda & applicanda vtſupra,qualibet vice.

### De Oratoribus mittendis. Caput. XXXVI.

VOlentes inordinatis communis impenſis modum imponere,& ꝓuidemus & ordinamus,quòd nulli oratores mitti poſſint,aut debeant, niſi prius obtentum fuerit in conſilio centumuirali dictæ ciuitatis ad buſſulas & palluctas more ſolito, & ipſi autem oratores,& ipſorum quilibet iurare teneantur corporaliter manu tactis ſcripturis in manibus cancellarii dicti communis commiſſionem eis impoſitam facere legaliter,& bona fide. Volumuſque & ſtatuimus quòd oratores præfati non poſſint, nec debeant ſub pœna præſtiti iuramenti amiſſionis ſalarii,& priuationis officiorum communitatis,procurare aliquod factum proprium pro ſe,vel aliqua alia perſona. Quibus oratoribus cancellarius teneatur,& debeat dare in ſcriptis cum ſubſcriptione ſua,& ſigillatam ſigillo dicti communis inſtructionem negociorum præmiſſorum quæ debeant quanto citius expedire,& in reditu ſuccinte referre in dicto conſilio. Declarantes oratorum electionem aliter factam,nullius eſſe roboris,efficaciæ vel momenti. Et ſalarium ſeu merces cuiuſq; oratoris doctoris pro quolibet die in totum, ſeu omnibus computatis ,ſit & eſſe debeat iuliorum decem. Aliarum vero perſonarum carlenorum decem pro quolibet monetæ currentis omnibus computatis.

### De Aduocato & procuratore Pauperum. Caput. XXXVII.

VT Pauperes & miſerabiles perſonæ ciuitatis Fulginiæ eiuſque comitatus fortiæ & diſtrictus, & incolè & habitatores in eis propter eorum paupertatem ,& impotentiam non opprimantur,aut committantur de opera,& auxilio vnius legiſte, & vnius

vnius procuratoris,in ipſa ciuitate legentium & actu exercentium, duximus ſuccurrendum & prouidendum,in & pro quibus eligendis & creandis & iuramento eis præſtando. Volum⁹ formam ſuperius in proximo præcedenti capitulo traditam ſeruari qui pauperrimus in eorum cauſis criminalibus mixtis,& dependentibus teneantur & debeant gratis,tam contra fiſcum, quam curiam, coram quocunque ius dicente in ciuitate Fulginei,aduocationem & patrocinium eoſque & eorum,bona & iura diligenter defendere. In cauſis vero ciuilibus, vbi dictæ pauperes perſonæ eſſent conuicte,aut in carceribus,ſiue palatio detinerentur debeant,& teneantur ſimiliter eorum operam præſtare abſque vlla mercede,ne indebite grauentur, & à moleſtiis, & grauaminibus quantum fieri poterit releuentur. Pro eorum ſalario & mercede habeant,& conſequantur pro vno anno dicti eorum officij à cammerario communis ſalmam,vnam grani ad iuſtam menſuram dicti communis,ſublata vt ſupra,eis facultate alium ſine alios ſubſtituendi & eorum loco deputandi.

## De electione Medicorum,& eorum ſalario,& obligationibus Cap. XXXVIII.

ITEM quia expedit vt accurandas infirmitates vnus,vel duo medici à republica conducantur,ſtatuimus quod expenſis communis conduci debeant vnus, vel duo medici ad arbitrium conſilij centumuiralis phiſici eligendi,per dictum conſiliũ more ſolito,qui debeant eſſe experti & in arte medicine periti,ætatis ad minus annorũ quatragintaquinque,qui iuramentum præſtare teneantur in manibus Cancellariis, coram Dominis Prioribus,ſecundum quod iurare inſtituit hipocrates teneanturq; ſemel requiſiti in ciuitate Fulginię,infirmantes cuiuſcunque gradus, & conditionis indiſtinte,mane & ſero,viſitare eoſque diligenter curare mederique gradis, & ſine aliqua mercede,infirmantes verò extra ciuitatem,tam ciues,quam comitatiuos requiſiti,ſemel teneantur viſitare curare eiſque mederi vna die, & habere debeat, ab infirmantibus vecturam æqui expenſas,pro ſe famulo,& ęquo,& non aliam mercedẽ & ſi duxerint ibidem per notandum poſſint perotare, ſi autem fuerint requiſiti, ab vna vice ſupra teneantur viſitare, curare & mederi,ſumptibus & honeſta mercede, danda eis ab indigentibus. Teneantur tamen per inſpectionem vrinæ ſuccurrere, ac mederi abſque aliqua mercede in dicta tamen ciuitate, teneantur etiam requiſiti Chirurgis vulnera vlcera,& huiuſmodi medentibus, cuppas applicantibus flebotomiam,vel quid aliud facientibus præſentiam,& conſilium præſtare,& quaſcunque receptas,quas ordinare voluerint ſcribere in apodiſſis,& cedulis, & indigentibus tradere,vt ad quos voluerint romatarios ire poſſint & nullo modo eas ſcribant in baſtardellis aromatoriorum,nec cum eis facere audeant ſocietatem,ex qua poſſint aliquid lucrari,& debeant continue in dicta ciuitate morari, & inde non recedere, niſi ex cauſa vt ſupra,ſine licentia dicti conſilij,ſub pœna amiſſionis ſalarij vnius menſis, incurrenda ipſo facto, pro qualibet vice,qua contra factum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum dictoque communi applicanda.Et ſi cõtigerit (quod Deus auertat) peſtem vigere in dicta ciuitate poſſint recedere,ſi voluerint acceſſuri,tamen ad locum à dicta communitate deputandum tutum Fulginatibus,nec diſtantem ab eadem ciuitate,vltra tria miliaria,& tunc pro tempore dictæ eorum abſentiæ à dicta ciuitate,non currat eis,niſi medietas infraſcripti eorum ſalarij,quod ſi alio ſecedant nullum ſalarium currat,nec poſſint pro dicto tempore abſentię conſequi, & nihilominus dicto tempore peſtis,ſiue in dicta ciuitate,ſiue extra in loco tamen vt ſupra,

eis deputando ſteterint ,teneantur Fulginatibus per inſpectionem vrinę , conſulere medicinas,& alia quecunque opportuna ordinare,nec teneantur perſonaliter ad infirmantes, accedere niſi voluerint,ſub iam dicta pœna. Et pro eorum ſalario,& mercede habebunt,& conſequi debeant pro vno anno florenos trecentos quinquagintæ ,monetę marchię,& plus,vel minus,pro vt eis ex decreto dicti conſilij ordinatum fuerit,& ipſis expreſſum in electione,& capitulis tranſmitti ſolitis ſoluendis ,de quatrimeſte in quatrimeſte,vel aliter iuxta dictorum capitulorum formam ,declarantes quod teneantur caballario dicti communis apportanti, cum dictis capitulis electionem ſoluere ducatos tres auri,diuidendos inter ipſam communitatem dictum caballarium,& cancellarium conſcribentem,prout hactenus conſueuit, & vlterius eidem caballario pro ſuo viatico ,tertiam partem vnius floreni ſimilis,pro qualibet die alioquin electio non patrocinentur quodque ſi eos ſtare contigerit extra dictam ciuitatem infirmos,per dies viginti,vltra tempus licentię ,vbi eam habuiſſent,à dicto conſilio ſalarium petere non poſſint,ab inde ſupra,& infirmitate durante ,& minus illud conſequantur,nec petere poſſint eorum heredes,ſi eos conductionis tempore durante mori contigerit,quod Deus auertat,niſi pro rata temporis,quo ſeruiuerint,& petentes deſuper audiri non debeant.

### De pręceptore ludi literarij & eius obligationibus. Cap. XXXIX.

COnſiderantes nihil magis reipublice expedire,quam perſonas bene moratas doctas,& eruditas habere,ſtatuimus , & ordinamus , quod ſumptibus communis conduci debeat præceptor,ſeu magiſter prædictus,& ad illum conducendum per cõſilium centum virorum eligantur,tres ciues de numero conſiliariorum , qui debeant inueſtigare huiuſmodi præceptorem,& vnum,vel plures cum eorum nominibus , ac patria in dicto conſilio proponere,& facto partito qui fauorabilius per plura ſuffragia fuerit obtentus intelligatur conductus,pro vno anno cum ſalario ,florenum ducentorum,& maiori,vel minori,prout ex decreto dicti conſilij fuerit reformatum,& concluſum ,qui teneatur pueros adoleſcentes iuuenes,& alios dictæ ciuitatis , & ſui comitatus fortię,& diſtrictus ad gymnaſium publicum per dictum communem ſibi aſſignandum accedentes inſtruere,& docere & non minus candidis literis,quam bonis moribus erudire,& ibi de mane lectiones inſoluta oratione,& poeſi declarare alterniſque diebus epiſtolarum materiam, & carminum tradeř,& alia facere,& exeq, ad hæc neceſſaria pariter,& oportuna abſque,alia mercede , & à ciuitate Fulginiæ, nunquam diſcedere poſſit,ſine licentia præfati conſilij , ſub pœna amiſſionis ſalarij , vnius menſis ipſo facto incurrenda,& communi Fulginei appplicanda , & poſſit dicto gymnaſio vti,pro eius habitatione ſi voluerit,& communitas pro alterius domus penſione grauari nequeat,& ſi contigerit ipſum habita licentia extra ciuitatem infirmari,vltra viginti dies,quod ab inde ſupra ſibi ſalarium non currat, nec debeatur, & minus debeatur eius hęredibus,ſi ipſum mori continghat durante conditionis tẽpore,quod Deus auertat,niſi pro rata temporis,quo ſeruiuerit,& petens non debeat audiri,dictus tamen præceptor eſſe debeat vite laudabilis,& à ſacro ſancta catholica religione minime alienus,aliàs electio ſit ipſo iure nulla,& in principio officij iurare debeat in manibus dominorum priorum,pro tempore exiſtentium,illud exercere bene fideliter,& legaliter,& ſine aliqua intermiſſione.

De electione

## De electione officio,& auctoritate Extraordinariorum plateę Cap. XL.

QVIA eſculenta reſque aliàs multoties potius ex venditium cupiditate, quàm ex recto iudicio vendi comperimus. Statuimus & ordinamus, vt per M. concilium ſiue ab eo deputandos, eligantur tot ciues de dicto concilio, quot eis viſum fuerit, ponendo, & deſcribendo quatuor ciuium nomina ſingulis chartutiis, qui ſit & vocetur buſſulus extraordinariorum plateę, reponendus per Dom. Priores, & Conſeruatores legum in capſa ordinaria officiorum, & de quo tempore extractionis faciendæ die. 21. Decembris, & die 20. Iunij de magiſtratu, & aliis officiis per magnificum D. Gubernatorem extrahatur vna ex dictis chartutiis, & quatuor ciues, qui in ea apparebunt deſcripti, ſint & eſſe intelligantur extraordinarij prædicti, per vnum ſemeſtre. Qui, poſt per eos præſtitum in primordio officij ſolitum & ſolenne iuramentum, poſſint (prout & eis facultatem concedimus) vnum vel plures, toties quoties eis viſum fuerit expedire, officialem ſiue officiales etiam forenſes, creare, & deputare. Dictique ciues per ſe vel ab eis deputandos coniunctim, vel diuiſim teneantur ad apothecas artificum, ſal aut panem vendentium, ſalzamentariorum, ſeu pizicariolorum accedere & tam illorum quam vendentium oleum granum & vinum menſuras & pondera perquirere, & inueſtigare, ſi ſint iuſtę, & iuſta, vel ne, & ſigillo ab habente authoritatem impreſſæ, vel impreſſa. Dictiq; artifices, ſal vel panem vendentes, vel pizicaroli ſalzamentarij et omnes alij teneantur obedientiam & patientiam præſtare in præſatis, ſub pœna 15. librarum denariorum à quolibet contrafaciente auferendarum, & pro medietate communi Fulginei, & pro alia medietate dictis ciuibus applicandarum. Si quis pondera & menſuras non ſigillatas aut iniuſtas, aut non ſigillata & iniuſta retinere inuentus fuerit, incidat in pœnam prædicta auferendam & applicandam vt ſupra. Teneantur & debeant vt ſupra, curare & inueſtigare, vt in macello carnes boue & recipientes fiant, & ſi carnes infectas, morboſas, aut morticinas inuenerint, teneantur illas remouere, & in platea aut alibi, vbi eis viſum fuerit, clauo affigere, & eſui canum & volucrum exponere, & conductores macelli ad ſoluendum pœnam conuentam, & ad ſeruanda capitula macelli à Magnifica Communitate propoſita, iuris remediis oportunis compellere. Teneantur & debeant curare, vt carnes, ac piſces in debitis quantitate & pondere iuxta prætium receptum dentur, & conſignentur, contrafacientes incidant in pœnam medietatis vnius libræ denariorum pro qualibet vncia, & qualibet vice, vt ſupra applicandorum. Poſſint & debeant quoties eis viſum fuerit opportunum, vendentibus olera, herbas, fructus, poma, oua, & eſculenta cuiuſcunque generis prætium imponere, numerum pondus & menſuras aſſignare. Si quis contrafecerit incidat in pœnam amiſſionis rerum venditioni expoſitarum, & duarum librarum denariorum auferendarum, applicandarũ, & diuidendarum, vt ſupra. Curent etiam vt exercentes fornaces lateres tegulas & ſimilia per eos fieri ſolita iuxta menſuram eis traditam conficiant vendantur que iuſto & taxato eis pretio per dictũ commune cum facultate exigendi pœnam 50. librarum denariorum à quolibet, qui contrafecerit & vice qualibet quam ipſum incurrere ipſo facto volumus et decernimus et communi præfato applicandam. Si verò ciues et extraordinarij prædicti in aliquo ſupradictorum caſuum inexequẽdo, cõmiſſa contumaces, aut negligentes fuerint, quemlibet ipſorum inhobedieñ. aut negligeñ. incidiſſe in pœnam 50. librarum deñ. decernimus et ordinamus et communi applicandam vt ſupra.

31v



## Qualiter noui ciues recipiantur,& de habitantibus infra confinia ſocietatum caſtrorum,& villarum ciuitatis Fulginiæ,& factionibus faciendis per eos, eorum priuilegiis. Caput. XLI.

PRESENTI lege firmamus quòd receptio forenſis in ciuem ciuitatis Fulginiæ fieri debeat in conſilio centumuirali communis Fulginiæ facta propoſita more ſolito ,& illa legitimę obtenta ,& aliter facta non valeat , & vt ſupra receptus pro ciue originario dictæ ciuitatis habeatur & ſit cum oneribus honoribus priuilegiis immunitatibus prærogatiuis & aliis quibus gaudent alii dictæ ciuitatis originarii ciues. Et ſi nouam domum conſtruxerit aut conſtrui fecerit in dicta ciuitate valoris, & cõmunis eſtimationis ducentum ſcutorum auri ſit in munis,& exemptus per duos annos ab omnibus oneribus realibus perſonalibus,& mixtis ordinariis & extraordinariis dictæ ciuitatis,quod exemptionis, & immunitatis priuilegium non extendatur ad comitatiuos ,& diſtrictuales dictæ ciuitatis ,quos in ciues recipi dicto conſilio placuerit. Declarantes ꝙ ciuilitati vt ſupra,habitantes in comitatu,aut in eo animalia retinentes non excuſentur à pœnis contumaciarum. Item ꝙ quicunque iuerint ad habitandum in caſtris Raſiliæ ,ſeu Verchiani,& ibi fecerint nouam domum valoris florenorum centum,ſi non fuerit iuriſdictionis dicti communis gaudeat dicto exemptionis ,& immunitatis priuilegio. Item quòd nullus ciues dictæ ciuitatis in ea , vel in aliquo loco comitatus diſtrictus,aut territorij eiuſdem,teneatur ſoluere pedagiũ, aut gabellam,dummodo iuret ad ſancta Dei euangelia,quòd non portat , vel tranſportares aliorum hominum qui non fuit iuriſdictionis dicti communis, ſed proprias,vel ciuium comitatenſium,& diſtrictualium pro vſu proprio , & non cauſa traficandi. Et vbi quis tenetur ſoluere pro rebus quas portat, ſoluens in dicta ciuitate non teneatur nec cogi poſſit amplius ſoluere in aliquo alio loco comitatus diſtrictus aut territorij dictę ciuitatis. Et quicunque habitat,vel habitabit infra confines alicuius ſocietatis dictæ ciuitatis teneatur iurare facere factiones in ipſa ſocietate, & cũ hominibus ipſius ſocietatis infra cuius confines habitat,non obſtante quod in alia ſocietate iuraſſe,& in ea factiones facere incepiſſet,& in ea cogatur ſubire omnia onera prædicta ad petitionem conſulum dictæ ſocietatis per quencunque iudicem,vel officialem communis Fulginiæ de facto,coram quibus poſtulatum fuerit, & ille qui habitauerit per duas partes anni in aliqua ſocietate Caſtro, vel Villa dictæ ciuitatis in ea & eo teneatur factiones facere & onera ſub ire & non in alia. Item quòd vnaqueque ſocietas dictæ ciuitatis ſtare & eſſe debeat contenta ſuis confinibus hactenus conſuetis.

## De porteparіis portarum ciuitatis Fulginiæ,& eorũ electione & officio. Cap. XLII.

ITEM dicimus & ordinamus pro tutela & cuſtodia dictæ ciuitatis vt ſcandala & pſertim de nocte vitetur quòd portanarii eligi debeant à Magnifico centumuirali conſilio pro vno anno,cum ſalario & emolumentis honoribus & oneribus conſuetis qui teneatur in princio eorum officij iurare coram D. prioribus in manibus cancellariis dicti cõmunis & idoneã præſtare cautionem de bene & fideliter adminiſtrã do dictum eorum officium , & portas dictæciuitatis claudere, poſt vltimum ſonum campanæ magnæ communis quæ pulſatur de ſero , & claues portare & conſignare in manibus Dominorum Priorum. Et de manepoſt ſonum & pulſationem campanæ

magnæ

magnę prædictæ,quæ pulſatur de mane in aurora diei aperire ſub pœna librarum qn quaginta denariorum ipſo facto incurrenda vice qualibet & à quolibet eorum de facto auferenda,& communi dictæ ciuitatis applicanda .Teneantur etiam portare omnes literas,quæ ſibi à dominis prioribus,& aliis quibuſcũque officialibus, & præfectis dictæ ciuitatis darentur deferendæ ad aliquem locum comitatus & diſtrictus Fulginiæ,& de noctæ dormire in domibus dictarum portarum,ſub iam dicta pœna applicanda vt ſupra. Non poſſint modo aliquo dictas portas aperire, ſeu aperiri facere poſtquam clauſæ fuerint de ſero,vſque ad campanam de mane vt ſupra niſi de mãdato dominorum priorum prædictorum,vel nobilium virorum de cuſtodia dictæ ciuitatis,nec ipſas claues alteri cuicunque quam prędictis dare & tradere vel pœnes ſe retinere,ſub pœna prædicta incurrenda & applicanda vt ſupra, & ſi euenerit fraudem aliquam per eos contra dictam ciuitatem committi pœnam incidant rebellionis & confiſcationis omnium bonorum ab eis,& eorum quolibet de facto auferendorum & dicto communi applicandorum.

## De edilibus ſiue Magiſtris Stratarum. Cap. XLIII.

VT ſtratę & Vię publicę, tam dictę ciuitatis quam eius territorii ad vniuerſale commodum pręſeruentur,ſtatuimus & prouidemus vt de buxulo more ſolito, & iuſta formam ſuperius traditam conficiendo,Bini ciues pro quolibet ſemeſtre extrahantur,qui poſt præſtitum per eos iuramentum in forma curent. vt ne quis de ciuitate,ſiue eius comitatu,& diſtrictu incola, habitator, vel forenſis, inconſtruendo, vel edificando aut edificari faciendo,vel aliquid noui faciendo in dicta ciuitate, vel aliter quomodocunque aliquam ſtratam,viam communis, aut aliquid iuris publici occupet,aut ad priuatum vſum reducat,aut occupare vel reducere conetur, aut aliquid faciat quod præiudicium, aut deformitatem afferat ciuitati. Contrafacientes pœnis ducentarum librarum pro medietate cammerę apoſtolicę,& pro alia medietate cõmuni Fulgiñ & pfatis ciuib⁹applicañ.ſubiacere decernim⁹. Dictiq; ciues teneant & debebeant,omne id & totum,quod occupatum eſſet demoliri facere & in priſtinũ reponere. Dantes ciuibus prædictis plenariam poteſtatem in premiſſis omnibus,& ſingulis, non ſolum Magnifici conſilij verum etiam ſi oportuerit, præſidis prouinciæ auxilium inuocandi. Si verò in comitatatu vel territorio Fulginiæ aliqua via, aut ſtrata publica,ex vetuſtate,aquarum illuionibus,vel ex frequentia itinerantium,aut aliter quõcunque fuerit ex toto ſublata,aut in parte deguaſtata,ciues prædicti cogãt iuriis remediis oportunis conuicinos,& vt vulgo dicitur,aggiacentes,reaptari,& ad priſtinum vſum reponi facere,ſub pœnis decem librarum denariorum à quolibet cõtrafaciente auferẽ.& vt ſupra applicañ. & nihilominus in ipſorum contumacia præfati ciues expenſis præfatorum conuicinorum reaptari facere poſſint. Si verò ab aliqua particulari perſona aliqua via occupata aut deguaſtata apparebit. Talis occupator & deguaſtator,incidat in pœnam à ſtatutis damnorum datorum dictę ciuitatis expreſſam. Et nihilominus teneatur ad reaptandam & reponendum in priſtinũ omne id & quicquid occupatum,vel deguaſtatum appareret dictoſque occupatores & deguaſtatores, tam iuriſdictioni dictorum ciuium quam officialium d. d. ſubiacere decernimus.

De

## De Ciuibus ad Becchariam. Cap. XLIIII.

INquolibet bimeſtri extrahantur bini ciues de buxulo conficiendo, de numero ciuium de conſilio. Qui prouideant ne carnes vendantur niſi iuſto prætio, & conductores Macelli, ſeu aliter quomodocunque vendentes Carnes, non poſſint vendere aut vendi facere, niſi dictis ciuibus conſultis & de eorum licentia, quæ debeat apparere in ſcriptis cum taxatione pretij carnium præſertim vaccinarum ſuillarum, ſeu porcinarum. Et quę licentia ſupra bancham vendentis ponatur. Ita, vt manifeſtè & præciſe inſpici poſſit de quantitate carnis vendeñ. & de prætio vt ſupra, habeant ciues prædicti pro eorum emolumento & labore bononenos duos, pro qualibet beſtia vaccina appretianda. Et quando contigerit per eos ſaggium de beſtiis porcinis fieri habeant pro eorum regalibus precordia cum ſanguine & omnibus inteſtinis vnius beſtiæ porcinæ contrafacientes, quindecim librarum denariorum, vice qualibet incurrere decernimus. Prædicta tamen habere volumus locum niſi aliter à Magnifico Conſilio prouiſum fuerit, & in capitulis conductorum aliter diſpoſitũ fuerit.

## De Ciuibus ſuper proiectis. Caput XLV.

NIHIL in terris excellentius humani corporis opificio maxima cura eſt adhibenda, ne amictatur & ſui creatoris diuina fructione priuetur. Quod ſepiſſimè aliquorum impietate, & prauitate accidere ſolet. Qui humanarum legum timore adducti proprij ſanguinis in memores infantulos etiam à ſe genitos & editos proiciũt & beneficio fortune, vt dici ſolet, eſponũt, ita ꝙ miſerabiliter multotiés percant & ꝙ multo lacrimabilius eſt ſine baptiſmatis ſacramento. Volentes quantum in nobis eſt huic morbo congruam adhibere medelam. Statuimus & ordinamus, quòd fiat buxulus ciuium de conſilio reponendus in capſetta officiorum more ſolito, qui contineat nomina duorum ciuium deſcribenda ſingulis cartutiis de quo in quolibet ſemeſtre extrahi debeat vna ex dictis cartutiis continens nomina duorum ciuium, vt ſupra. Qui teneantur in primo ordio eorum officij coram Magnifico Domino Gubernatore Dominiſque Prioribus dictæ ciuitatis, & in manibus Cancellarij communis de bene & diligenter eorum officium exerceñ. Qui ciues quando acciderit vt aliqua creatura maſculini ſiue femenini ſexus, proiecta fuerit, aut aliter omni auxilio deſtituta, teneantur & debeant curare ita & taliter, vt per priorem ſiue commendatarium ſancti Spiritus dictæ ciuitatis enutriatur & enutriri fiat, & de congrua nutrice prouideatur, inuocantes in præmiſſis auxilium Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Fulginati, ac Magnifici Conſilij commnnis, & omnium ius dicentium, etiam præſidis prouincie, ac generalis Commendatarij ſancti Spiritus in ſaſſia de Vrbæ, debeant dicti ciues in omni qua poterunt via diligentia inueſtigare & inquirere an dicta creatura ſit baptiſmate inſignita facientes, ſi opus erit illam baptizari, dantes eiſdem plenariã facultatem, omnia alia & ſingula faciendi in præmiſſis neceſſaria & oportuna. Monentes ciues prædictos quòd ſi quid eorum in curia aut negligentia aduerſi acciderit ſe de præmiſſis omnipotenti Deo rationem ſuis loco & tempore reddituros.

De depoſitario pignorum executiuorum & eius officio & ſalario. Cap. XLVI.

EXtrahatur vnus ciuis inquolibet ſemeſtre de buxulo conficiendo de ciuibus con ſiliariis, & reponẽdo & conſeruando vt ſupra, Qui teneat & debeat, oĩa & ſingula pignora quæ durante ſuo officio ſibi adferentur, à quocunque officiuli dictæ ciuitatis tam ad inſtantiam cammeræ quam particularis perſonæ vigore cuiuſcunque commiſſionis, tam ex cauſa ciuili quam criminali, & mixta recipere, & ſucceſſiue illa particulari libro per eum conficiendo, & cartulando deſcribere & annotare diem, menſem, & annum, inquibus dicta pignora deferuntur nomen, & cognomen, ac patriam officialis ipſa pignora deferentis, nomen eius, cui dicta pignora fuerunt ablata, ac nomen creditoris ad cuius inſtantiam executio facta fuit, ac etiam apponere numerum omnium pignorum perueniendorum ad eius manus, in ipſis vero pignoribus apponatur & deſcribatur, nomen eius cui fuerunt ablata, & numerus pignorum, ad hoc, vt non poſſint confundi vel aberrari. Dictaque pignora in loco debito pro eum eligendo conſeruare officialibus deferentibus executionem quæ ſibi debetur, ex forma ſtatutorum dictæ ciuitatis perſoluere teneatur. Poſtquam verò dicta pignora retinuerit per menſem à die conſignationis ſibi facte computandi, teneatur illa in platea veteri, vel alio loco ibi vicino in publicum extrahere, & ciuem aſſiſtentem vocare & adhibere, vna cum præcone, & ſono tube præmiſſo plus offerenti vendere, etiam iuxta formam ſequentis capituli. Prætium quod ex dictis pignoribus redigetur, nomen & cognomen emptoris & diem venditionis, ac nomen eius cui fuerũt ablata pignora deſcribere, & annotare. Quod prætium retenta prius quantitate per eũ exburſiate ꝓ executione, & quatrenis tribus pro quolibet pignore, Creditori, & ad cuius inſtantiam fuerunt ablata pignora pro ſorte principali & expenſis legitimis volumus pro ſolui, ſi quod reliquũ fuerit ex dicto prætio iure & equitate ſuadentibus, illi cui fuerint ablata pignora fideliter aſſignari & recoſignari mandamus, habebit pro ſuo ſalario & mercede, florenos duodecim ad rationem 50. baio. pro quolibet floreno. Declarantes, quòd Magnificis Dominis Prioribus, & nouemuiris, vel ciuibus ab eis deputandis, teneantur reddere rationem & ſtare ad ſindicatum, de dicto ſuo officio, & quòd teneatur ad intereſſe damnum paſſo, ſi quid eius incurra aut negligentia deguaſtatum deterioratum, aut de perditum fuerit.

De aſſiſtente venditioni pignorum, & eius officio & ſalario. Cap. XLVII.

EAdem erit ratio ſeruanda in creando, & extrahendo vno ciue pro vno ſemeſtre, qui debeat aſſiſtere venditioni pignorum faciende per depoſitarium dictorũ pignorum, qui quotiẽs vocatus, aut requiſitus fuerit à dicto depoſitario, teneatur & debeat accedere, & venditioni aſſiſtere, ſub pœna quinquaginta ſolidorum ab ipſo cõtrafaciente de facto aufereñ. & communi Fulginiæ applicañ. in ipſa autem venditione partes ipſius aſſiſtentis erunt, inſpicere pro eius iudicio & cõſcientia ne aliqua vẽtio fiat præcipitanter, & multo minori pretio, quàm pignus valeat, & quòd in venditione abſit dolus malus, & non habeatur ratio, vel acceptio perſonarum. Teneatur & debeat de pignoribus venditis, particulariter à ſe in libro per ipſum conficiendo mentionem facere videlicet, diem menſem, & annum venditionis, nomen, cognomen & patriam emptoris, nomen eius cui fuerunt ablata pignora & nomen eius, ad cuius inſtantiam fuerunt ablata, & numerus pignorum, & prætium, ſeu quantitatem

33v



pecuniarum ,ex eis redactam. Ita,quòd requirentibus poſſit haberi clara notitia , & infine ſui officij teneatur dictum librum Dominis prioribus conſignare in ſcriptum , & autenticatum ſaltim nomine cognomine ,& tempore officij ipſius ciuis aſſiſtentis, reponeñ.in archiuio communis ,habebit pro ſuo ſalario florenos ſex,ſibi pro ſoluendos à cammerario communis ,in fine dicti ſui officij,& ſeruata per eum forma ſuper ius tradita & non aliter nec alio modo.

De ciuibus ſuper prohibitione vini forenſis. Caput. XLVIII.

EX VETERI inſtituto ciuitatis Fulginię,& per apoſtolica indulta approbato . Cautum eſt ne vinum forenſe cuiuſcunque generis poſſit, non ſolum vendi ſed retineri in dicta ciuitate,& eius comitatu ,& territorio in certa parte anni in dictis literis apoſtolicis expreſſi,quas hic inſeri mandauimus,conducere & ſalubre eſſe ciuitati patauinus,de ciuibus prouidere . Qui legem conditam tueantur. Statuimus igitur vt Bini ciues de buxulo more ſolito conficiendo & retinendo,extrahantur,inquo libet ſemeſtri,qui ſi eis videatur,in principio eorum officij,publica bandimenta micti faciant,per loca ſolita dicte ciuitatis ne quis tam de dicta ciuitate , quàm eius comitatu & diſtrictu,incola,habitator,aut forenſis,poſſit vinum forenſe vendere , nec retinere ſub pœna in dictis literis apoſtolicis latius expreſſa,& amiſſionis vini & Dolij quo dictum vinum continebitur,applicañ. pro medietate communi dictæ ciuitatis,& pro alia medietate dictis ciuibus,qui ciues ſucceſſiue poſſint,ſi & prout eis videbitur,particularium perſonarum non ſolumTabernas & hoſpitia,ſed domos inter ius perquirere & inueſtigare,an dictum vinum forenſe vendatur & retineatur, & ciuibus prædictis volumus præſtari patientiam & obedientiam ſub eadem pœna . Dictique ciues teneantur retinentes ,aut vendentes vinum contra formam prædictã compellere ad ſoluendum pœnas ſupra expreſſas. Declarantes,quòd nemo poſſit excuſari ſub prætextu ꝙ vinum forenſe retineatur pro vſu ſuo & ſuę familiæ . Tenor ſupradictarum literarum apoſtolicarum in forma Breuis videlicet.

Dilectis filiis Prioribus,& Communitati ciuitatis noſtræ Fulginateñ.

PAVLVS PAPA III.

DILECTI filij ſalutem & apoſtolicam benedictionem . Votis fidelium omniũ præſertim ex quibus pauperum perſonarum neceſſitatibus , & commoditatibus conſulitur libenter annuimus,ac iis quæ propterea ſtatuta ,& ordinata dicuntur vt illibata ꝑſiſtãt,quũ à nobis petitur apoſtolici muniminis præſidium propenſius impartimur . Exponi nobis nuper feciſtis, ꝙ aliàs vos in conſilio centumuirali iſtius ciuitatis noſtræ Fulginateñ. pro infra ſcriptis,& forſan aliis rebus,& negotiis vtilitatem,& bonum dictæ ciuitatis,& illius hominum,& preſertim pauperum perſonarum cõcernentibus peragendis congregati . Attendentes quòd ex emptione vini forenſis quæ per Hoſpites,& Tabernarios dictæ ciuitatis in dies fiebat in maximum eiuſdem ciuitatis , & præcipuę pauperum perſonarum eiuſdem,quæ ob dictam emptionem cariori precio vinũ, quòd ex vineis,& aliis poſſeſſionib⁹ dictę ciuitatis,& eius diſtrictus colligebatur emebant præiudicium tendebat,ex his,& forſan aliis de cauſis . Quòd nullus Hoſpes,& Tabernarius nulluſque alius aliquo quæſito colore vinum forenſe à tempore vindemiarum vſque ad nundinas tam principales,prorogatas quàm gratia

tas de dimidia Gabella dictæ ciuitatis cuiuslibet anni animo ,tam reuendendi eme-
re,ſeu emi facer̃ poſſet,ſub certa pęna ſtatuiſtis,& ordinauiſtis,prout in ſcripturis pu
blicis,deſuper confectis plenius dicitur contineri,& ſicut eadem expoſitio ſubiunge-
bat ,vos cupitis ſtatutum,& ordinationem huiuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmi-
ori noſtro,& ſedis apoſtolicæ munimine roborari. Quare nobis humiliter ſupplica-
ri feciſtis,vt ſtatutum & ordinationem huiuſmodi vt firmius ſubſiſtant approbare,&
cõfirmare aliaſq; in pręmiſſis oportune prouidere de benignitate apoſtolica digna-
remur . Nos igitur ꝙ ſingulorum votis quantum cum deo poſſumus libenter annu-
imus prædicti ſtatuti , & quarumcunque ſcripturarum deſuper quomodolibet con
fectarum,tenores præſentibus pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus in
clinati ,præmiſſa omnia,& ſingula,& deſuper per vos ordinata,& ſtatuta auctorita-
te apoſtolica tenore præſentium ,approbamus & confirmamus, omneſque ,& ſingu-
los tam iuris quàm facti defeſtus,ſi q̃ forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus , ac ꝑ
petuo obſeruari debere:& ſic per quoſcunque iudices quauis aucturitate fungentes
ſublata eis ,& eorum cuilibet quauis,alias iudicandi,& interpretañ.facultate iudica-
ri, & interpretari debere: Nec non quicquid ſecus à quoq̃ quauis auctoritate ſcien-
ter ,vel ignoranter contigerit attentari irritum,& inane decernimus, & declaramus
& nihilominus pro potiori cautela præmiſſa de nouo auctoritate,& tenore præmiſ-
ſis ſtatuimus,& ordinamus ,mandantes venerabilibus fratribus Peruſiñ. & Fulgina-
teñ. Epiſcopis,ſiue eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus , quatenus ipſi, vel al
ter eorum per ſe,vel alium,ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque
vbi,& quando opus fuerit,ac quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti ſolenniter pu
blicantes vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis pręſidio aſſiſtentes faciant aucto
ritate noſtra ſtatutum,& ordinationem huiuſmodi firmiter obſeruari : Contradicto
res quoslibet,& rebelles per cenſuras,& pœnas eccleſiaſticas , ac alia oportuna iuris
remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit
auxilio brachij ſecularis : Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus apo-
ſtolicis,ac diſtæ ciuitatis ,etiam iuramento confirmatione apoſtolica , vel quauis fir-
mitate,alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegiis quoque, & indultis , ac
literis apoſtolicis quibuſuis perſonis,ſub quibuſcunque tenoribus, & formis , ac cum
quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis,aliiſque fortioribus efficacioribus,&
inſolitis clauſulis irritantibus,& aliis decretis,& alias quomodolibet conceſſis confir
matis approbatis,& innouatis,quibus omnibus illorũ tenores,ac ſi de verbo ad ver-
bum inſererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes:illis aliàs in ſuo ro-
bore permanſuris ,hac vice duntaxat ſpecialiter,& expreſſe derogamus . Cęteriſq;
contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub anulo piſcato-
ris. Decima octaua Nouembris M. D. XLI. Pontificatus noſtri Anno octauo.

El. de Torres Ca. Accurius

De Ciuibus ſuper prætio Vini venalis. Caput. XLIX.

QVIA medela ad ſalutem ſi fueri poteſt,non ad interitum paratur, vt ne ex præce
denti proximo capitulo,beneficium,& non præiudicium aut penuria reſultet. Statu-
imus & ordinamus,vt bini Ciues ex more et more ſolito ad ſemeſtre extrahantur ,
quibus plenariam,et omnimodam poteſtatem concedimus prouidendi , ne vinum à
qua vis perſona minutim poſſit vendi, niſi de licentia ipſorum ciuium,et niſi iuſto et

condecenti prætio per eos impoſito,ſiue imponendo,inſpecta vini,et temporis quali tate,ſub pœna librarum quinque denariorum,pro qualibet ſalma vini,contra formã prædictam vendeñ.et aquolibet contrafaciente auferenda,et pro medietate commu ni Fulgiñ. et altera medietate dictis ciuibus applicanda.

De ciuibus ad Carcetatos.Caput. L.

LICET à iure officiales & iuſdicentes,præſumantur à recto non recedere, Nihi lominus experientia comprobatum eſt,ꝙ officiales quandoque aliquo particula ri affectu ducti Carceratos nimis rigoroſe quæſtioni ſubiciunt. Volentes huic mor-bo ſalubriter prouidere. Statuimus ꝙ duo ciues coniunctim de buxulo faciendo de ciuibus de magnifico numero extrahantur,pro vno ſemeſtre, qui quando acciderit, ꝙ aliqua perſona tam de dicta ciuitate quam de comitatu ,etiam forenſis retineatur in carceribus à Magnifico Domino Gubernatore à Domino Poteſtate ,vel aliquo of ficiale dictæ ciuitatis pro aliquo crimine,ſiue exceſſu ſibi imputato contra quem vr-gerent inditia ad examen rigoroſum & torturam debeant ciues prædicti vocari , & certificari ab eo qui carceratum retinebit ad intereſſendum dicto examini.Dictique ciues teneantur præſentiam præſtare & intereſſe dicto examini,vt dicti officiales ſal-tim dictorum ciuium præſentia perteriti ab iniuria & ab exceſſu tormentorum abſti neant,qui ſub pœna præſtiti iuramento ,& ſub cenſuris de quibus in capitulis magni fici numeri non poſſint aliquid reuelare de confeſſionibus coram eis factis.

De præfectis Archaturæ & eorum officio,& ſalario. Caput. LI.

INTER res illas,quas maximopere communis Fulginiæ intereſt conſeruare , & manutenere clauſura Fluminis,ſiue Archatura eſt connumeranda merito de ali-quo auxilio pro illius manutentione duximus prouidendo . Statuimus igitur, & ordi namus,vt per magnificum conſilium ſiue deputandos ab eo fieri debeat buxulus , de ciuibus conſiliariis. Qui Bini in breuicolis deſcribantur, qui de inde reponatur , & conſeruetur more ſolito,de quo Buxulo inquolibet quatrimeſtri extrahatur vnum ex dictis Breuiculis continens nomina duorum ciuium,qui ſint & eſſe debeant ꝓ di-ctis quatuor menſibus præfecti dicte Archature,quam teneantur frequenter inſpice-re & reuidere,& ſi eis videatur camerarium communis ſecum adhibere,& curare vt ſemper aliquid pro manutentione dicte archature fiat multa enim à principio parui impenſa & labore emendantur ,quæ tractu temporis niſi prouideatur maximum af-ferunt præiudicium damnum & incomodum , poterunt dicti ciues Dominos prio-res qui pro tempore fuerint decenter requirere,vt ad dictam archaturam accedant ꝓ ea inſpicienda,& vt ei de eo quod opus fuerit prouideatur,pro quorum ciuiũ mer cede vnam ſalmam grani videlicet,mediam ſalmam pro quolibet ipſorum à Came-rario communis conſignari mandamus dabunt operam dicti ciues vt ne ſe dicta mer cede ſimul & comendatione indignos reddant.

De præfectis cauatinæ Fluminis. Caput. LII.

EADEM ratione moti de qua in proximo capitulo fit mentio. Statuimus & ordinamus, vt ſimili modo fiat & conſeruetur Buxulus ciuium conſiliariorum, di quo ternatim extrahantur ciues in extractione facienda de Magiſtratu ceteriſque officiis, ꝑ vno anno, incohañ. in Kalendis Ianuarij, & finiendo vltima Decembris. Qui poſt acceptum per eos officium & præſtitum per eos iuramentum debeant diligenter inſpicere & curare neaqua ab aliqua particulari perſona diuertatur occupet, aut impediatur, vel ripis, aut lauatoriis, vel aliquo edificio nouiter conſtructo impediatur, q̃n nimo õe impedimentum, aut aque diuerſionem, aut occupationem, remoueant & remoueri faciant, inuocato adhoc ſi opus fuerit auxilio Magnifici conſilij iuſdicentium in dicta ciuitate, & ſi opus fuerit præſidis prouincie.

Prouideant aliquo tempore oportuno & minus in comodo, vt ſaltim ſemel in anno alueus Fluminis intus dictam ciuitatem emundetur & excauetur per ſocietates & ſindicatos aggiacentes. Iuxta conſignationem & terminationem, hactenus factã, adhibentes in prædictis camerarium communis, ac magiſtrum Molendinorum, ſeu ſuper Molendinis qui pro tempore fuerit, inobedientes multa & pœna decem librarum à qualibet vniuerſitate contrafaciente auferẽ. & communi Fulginei applicanda.

Mandantes ſignanter & expreſſe dictis ciuibus vt procurent, vt in munditia, & illud quod excauatur exalueo Fluminis nõ in aliquo loco propinquo & decliui reponatur, ne de facili in priſtinum locum labatur, & alueus recidiuum impedimentũ recipiat. Pro quorum ciuium ſalario & mercede dimidiam ſalmam grani cuilibet ipſorum ꝑ Camerarium communis conſignari mandamus ſeruata & adimpleta per eos forma ſuperius tradita.

De Locatoribus, ſiue Appentionatoribus appotecarum temporum Nundinarum Fulginiæ. Caput. LIII.

CVpientes fraudibus obuiare & indemnitati communis quantum in nobis eſt cõſulere: Statuimus & ordinamus vt de numero Conſiliariorum more ſolito, fiat reponatur & conſeruetur buxulus, inquo ternatim ciues in Breuicolis deſcribãtur & inextractione facienda de magiſtratu, d e vigeſima prima Martij fiat extractio de vno ex dictis Breuicolis continente nomina trium ciuium, qui ſint & eſſe debeant ꝑ Nundinis, tunc proxime & in mediate ſequentibus locatores, & appenſionatores Appotecarum particularum perſonarum & earum quæ pertinent ad iuſpublicum. Qui vna cum cammerario communis in principio ipſarum nundinarum teneantur per vnum ex famulis Dominorum priorum annotare & deſcribi facere, nomen eius ad quem pertinet dicta apoteca, & nomen Mercatoris forenſis conductoris ſignãdo apotecam finibus & lateribus & quantitatem pro qua dicta apoteca fuerit ab eis locata, & circa finem nundinarum ante receſſum dictarum mercatorum debeant ſe cum camerario & famulo prædicto ad quamlibet dictarum apotecarum particulariter conferre & adcedere, & ab ipſo conductore non autem à locatore exigere integraliter tertiam partem totius eius quantitatis, pro qua dicta apoteca fuerit appenſionata. Dictamque tertiam partem in manibus dicti Camerarij perſolui de ea reddituri rationem ſuis loco & tempore. Et quia multotiens experientia docet non nulli ſub prætextu maganzenorum camerarum & aliarum comoditatum, quæ Mercatoribus im-

penduntur querunt penſiones,apotecarum extenuare tribuentes maganzenis, & ca-
meris quæ nullo onori ſunt ſubiecta . Volumus vt dicti ciues ex eorum integro con-
ſilio & conſcientia prouideant ne communitati fraus inferatur,dantes dictis ciuibus
non ſolũ impredictis ſed in quibuſcunq; aliis eorũ officũi concernentibus pōtem iu-
ramentum actualiter deferendi,tam locatori quam conductori,pro veritate haben-
da, dantes etiam eiſdem plenariã facultatem,ꝙ ſi ipſis videbitur penſionis ſummam
qua dicunt conductor & locator appothecam locatam,nõ eſſe condecentem,& ma-
iori penſione credant illam fuiſſe locatam & conductam,vt poſſint pręfati ciues & ca
merarius de hoc, & quæ penſio videatur congrua dictæ apothecæ ſe ipſos informãt,
& iuxta dictam informationem habitam ad dictam tertiam partem penſionis ſoluen
dum conductorem aſtringere,necnon tam contra conductorem quam locatorem,
executionem realem & perſonalem faciendi ,& alia gerendi,& exequendi in præmiſ
ſis neceſſaria & oportuna . Ita vt dicta communitas Fulginiæ debitam eius ratam &
portionem integraliter conſequatur . Pro ſalario dictorum ciuium florenos tres mo
nete currentis cuilibet ipſorum poſt abſolutam integram exactionem,aſſignari man
damus ꝑ camerarium communis . Et in archiuio communis Baſtardellos inquibus
dictæ locationes & exactionis fuerint deſcripte per dictos ciues deponi.

## De collegio Excellentiſſimorum Doctorum . Caput LIIII.

ET ſi temporibus elapſis (vt creditur) ob ſtudii Peruſini vicinitatem , non fuerit in
ciuitate Fulginiæ confectum (prout in quam pluribus aliis,quamuis in eis ſtudiũ do-
centium non adſit) aliquod doctorum collegium cum aliquali ſolita auctoritate,quę
vt licita,& à ſummis pontificibus nunquam improbata , extollere conſueuerunt vr-
bium famam,animare literarum profeſſores ad nobile & famoſum legum exercitiũ ,
in cuius quidem profeſſione iuſtæ æmulationes ſolẽt eleuare animos, hiiſdem ſtudiis
inflammatos,ad eminentiores honorum gradus,qui( vt videmus,præſertim in vrbe,
Romę) paſſim eruditis,ac literatis doctoribus conceduntur : Nihilominus non deſu
erunt in ea excellentiſſimi,& doctiſſimi viri,quorum nomina , & cognomina ne no-
bis ferè ipſis blandiri,& adulari videremur,ſilentio præterire operepretium fore exi-
ſtimamus : His igitur & moribus noſtrę ciuitatis maturius conſideratis collegium p̄-
dictum cum infraſcriptis capitibus,& conditionibus approbandis a S. D. N.introdu
cere,ac creare deliberauimus,& in primis . Vt collegium doctorum non habeat nu-
merum diffinitum,ſed omnes,qui ad gradum doctoratus conſcenderint modo & for
ma ac conditionibus infraſcriptis,intelligantur,& eſſe debeant,& ſint de dicto colle
gio doctorum ciuitatis Fulginiæ . Quicunque enim per ſolitum examen,gradum do
ctoratus acceperit in aliqua ciuitate,in qua collegium habentium talem facultatem
doctorandi adſit,vel in vrbe Romæ per collegium aduocatorum cõciſtorialium,vel
in ciuitate noſtra,per collegium noſtrum cum infraſcriptis ſumptibus,& expenſis, il-
le eſſe poſſit,& debeat,& eſſe intelligatur de collegio doctorum Fulginiæ . Expenſæ ,
& ſumptus laureandorum in collegio dictæ ciuitatis Fulginiæ in vtroque iure aſcen-
dant ad ſummam duodecim ducatorum auri,niſi aliter ex gratia (attenta pauperta-
te,& qualitate perſonæ) dictis D. de collegio videretur , & pro vno gradu tantum ,
dimidius ſumptus prædictus intelligatur . Doctorati vero in aliquo alio collegio nõ
ingrediantur collegium prædictum niſi prius facta fide legitimè de eorum doctora-
tu,& ſolutis ſcutis quinque auri collegio prædicto. Item laureandi in antedicto colle
gio,

gio,debeant electis arbitrio ſuo duobus doctoribus compromotoribus adire reuerēdum D.Vicarium Reuerendiſſimi Epiſcopi ciuitatis Fulginiæ,ab eodemque reuerēter petere ſibi dari puncta,vnum videlicet in iure ciuili,& aliud in iure canonico . In quorum aſſignatione,dictus reuerēdus Dominus Vicarius libros coram eo per duos famulos Dominorum Priorum dictæ ciuitatis Fulginiæ exhibitos,confeſtim ,& forte fortuna aperire debeat,legemque,ſeu capitulum adueniens,vel vtrunque, ſi in vtroque doctoratus gradum accipere voluerit,ex improuiſo in punctis eidem oblata aſſignare . Qua aſſignatione punctorum facta,hora vigeſimaſecunda habeat tempus ad ſtudendum,& iſtud tantum ocij ei datum eſſe cenſeatur,vſque ad diem ſubſequentē per horam ante prandium . In recitatione autem dictorum punctorum ordinē aliàs in aliis ſtudiis ſeruari ſolitum,quam citius ſe expediendo,quoniam non ad docendū accedit,ſed ad demōſtrandum,ſe adeo profeciſſe,vt præmio lauree coronari debeat obſeruare ſit obnoxius,quem ordinem,& ritus,vt notiſſimos,& vulgares prætermittendos hic duximus. Compromotores autem ſui,habita dicta recitatione punctorū cum aliquali oratione,vnus videlicet ex dictis compromotoribus à dicto laureando eligendus,ipſum inſigniat per appoſitionem birreti,per apentionem librorum , per anuli dationem,& per oſculum cum benedictione,& in iſtis omnibus exprimat virtutem,& ſignificatum omnium predictorum,eo modo,quo magis placuerit compromotori prædicto,concionante tamen eo,antea quam ad ipſum coronandum veniat, in laudem,& honorem laureandi. Qui laureandus poſtquam in collegio publicè pūcta recitauerit,eo in medio ſuorum compromotorum ſedente,exire debeat ex collegio vna cum dictis ſuis compromotoribus,ipſiſque extra locum permanentibus,ſcrutinio per apodiſſas continentes approbo,& reprobo,videri debeat,an dicta laurea ſit dignus,nec ne & ſi plura fuerint approba,quàm reproba,tunc intelligatur eſſe approbatus,& vt doctor,& vt de collegio ſi ſit Fulginateñ. ſed ſi forenſis vt doctor tantum ſed non vt de collegio.Si verò plura fuerint rebroba,tum intelligatur excluſus,& ſemel tantum aliud de eo ſcrutinium fieri poſſit,vltra primam vicem , & ſi approbatus fuerit vt ſupra,tunc à Bidello per dictum collegium eligendo vocetur inſimul cum compromotoribus ſuis,& ſedentibus vt ſupra in eminentiori loco fieri debeant , & obſeruari quæ ſuperius diximus in traditione laureæ. Debeat etiā in principio quorumlibet duorum menſium creari vnus prior dicti collegij , cuius prioratus poteſtas duret per dictos duos menſes,in cuius quidem prioris manibus dicta approba, & reproba offeratur,illiſque benè lectis in preſentia notarij,qui eligetur à dicto collegio, & pariter numeratis,videatur an ſit approbatus,vel reprobatus.

### Modus eligeñ. priorem ſit vt omnes doctores imbuſſulentur , & in fine quorumlibet duorum menſium per priorem præcedentem extractio noui prioris fiat coram notario qui curam buſſulæ & loci ipſius collegij habere teneatur. Caput. LV.

DEBEAT etiam vlterius(vt diximus) eligi notarius ſine aliquo tamen ſalario ad beneplacitum dicti collegij,qui vltra pradicta de omnibus, quæ in dicto collegio fient,& fieri contigerit rogatus eſſe debeat. Et quoniam (vt aiunt)nullus labor ſine præmio,emolumentum dicti notarij ſit confectio priuilegiorum doctoratus,pro quo poſſit accipere vnum aureum tantum,& non vltra,& cogere laureatum ad eleuandum dictum priuilegium ſoluto tamen vno ſcuto aureo. Item de cauſis, quæ de-

legarentur collegio prædicto non poſſit alius notarius rogari, niſi notarius collegij. Et hoc etiam intelligatur cedere emolumento ipſius, ſaluo tamen, & ſemper reſeruato arbitrio in elargiendo, ſi quid vltra notario prædicto iuxta ipſius labores, & factorum contingentiam videretur. Poſſint etiam delegari & committi cauſe pro reſcriptum eidem collegio, ne dum alegato ſiue eius vicelegato prouinciæ, ſed etiam à gubernatore dictæ ciuitatis. Prior autem collegij debeat tractare cauſas prædictas, & coram eo acta fieri, ipſeque interloqui poſſit vſque ad ſententiam diffinitiuam excluſiue, Quæ ſententia finito proceſſu per collegium feratur cum votis accipiendis viua voce à notario, & maior pars intelligatur præualere, de quibus omnibus cauſis collegium accipiat teſtium examen, & viatica, ſi, & quatenus opus eſſet accedere ad locũ per dictum collegij priorem, & ſportulas iuxta taxam & mores eiuſdem ciuitatis Fulginiæ diſtribuendo tamen omnia lucra inter dictum collegium & doctores viriliter, & pro portione. Item quoniam legis virtus eſt dare formam futuris negociis, & ne alicui iniuria fiat, ſtatuimus quod omnes, qui hodie doctorati ſunt, vel in collegium, vel extra, vel per priuilegium, vel alio quocunque modo, intelligantur eſſe, & ſint de huiuſmodi collegio, excluſis penitus in futurum omnibus illis, qui per contrarios tramites ſupradictis, ad dictum collegium noſtrum anhelare tentauerint. Et quia dignum eſt, vt doctores, qui publicis certaminibus ad omnium hominum vtilitatem, & rerum publicarum conſeruationem quottidie certant, & defatigantur, aliud etiã nobile inſignium gerant, præſertim cum vtrunque tempus, & bellorum, & pacis ab illis rectè gubernari debeat, ideo equites, & comites palatini, qui equites aureati vocantur, cum omnibus facultatibus, priuilegiis, & exemptionibus ſolitis, & conſuetis ipſo iure fiant, & eſſe intelligantur ſtatim quod ingreſſi ſunt collegium noſtrum antedictum, & vt de collegio recepti & approbati. Præcedentiæ autem nullæ ſint in collegio, niſi reſpectu antiquioris dignitatis gradus, & omnes doctores Fulginiæ ad dictum collegium quauis dignitate, & magiſtratu fungentes, accedere volentes ſuo loco gradus reſidere debeant, neque ob dignitatem, ſeu magiſtratum, eminentiorẽ locum aſcendant, nulleque etiam ſint ſeparationes lucrorum, niſi pro æquali portione, exceptis compromotoribus eligendis, vt ſuperius diximus, & priore qui habere debeant, pro ipſorum laboribus vltra alios groſſos quinque pro quolibet. Nulluſq; ex dictis doctoribus ſub pœna perpetuæ priuationis à dicto collegio, illud adire poſſit, & in eo interuenire, niſi togatus, & cum ſoleis ſiriceis, toga autem ea ſit, qua vti ſolent doctores nulluſque ex doctoribus prædictis poſſit petere portionem ſuam cuiuſlibet lucri, pertinentis ad dictum collegium niſi præſto fuerit, dummodo eidem intimata fuerit coadunatio collegij, vel domi, vel in perſonam, quam intimationem fieri debere à Bidello iubemus, neque excuſari valeat ægritudine, abſentia, cauſa reipublicæ, & quauis alia iuſta cauſa, ſed totum cedat lucro doctorum aſtantium. Poſſit etiã collegium prædictum inter ipſoſmet doctores, & collegium addere, & diminuer̃ iſtis legibus & ſtatutis, ac decernere prout ſibi magis placuerit, & videbitur, & prædicta inter ipſos ſtatuta inuiolabiliter ab eiſdem obſeruari debeant.

## De collegio & conſtitutionibus Notariorum. Caput. LVI.

SEquitur vt poſt collegium excellentiſſimorum Doctorum hactenus de collegio eiuſque conſtitutionibus, & ſtatutis Iudicum, & Notariorum eiuſdem ciuitatis Fulginiæ, in qua licet hactenus viguerint, nonnullæ conſtitutioñ. quæ partim in deſuetudinem

ſuetudinem abierunt,partim vero ob temporum,ac morum varietatem aliã exigant
obſeruantiam & ordinationem,eas tñ ſibi opus videbitur, approbabimus vbi non,
reprobabimus,infraſcriptiſque ordinationibus & ſtatutis ſtandum eſſe duntaxat de-
cernentes,non obſtantibus in contrarium ,alias ordinatis & ſtatutis. Collegium
Notariorum ſit & eſſe intelligatur,ne alicui iniuria fiat,& quia in futurum illud refor
mare intellegimus de omnibus, & quibuſcunque notariis qui vſque in præſentem
diem iuxta ſtilum & conſuetudines præteritas approbati & deſcripti fuerint in ma-
triculã dummodo noua matricula fieri debeat,in qua denuo ſuaſi iterũ aſſumpti, de-
ſcribantur,& notarij in hoc nouo Collegio,vt inferius ordinato eſſe intelligantur ag
gregati,ad officiumq; tabellionum habiles effecti. Doctores omnes de collegio qui
ſoluerint in manibus Camerarij collegij Notariorum præfati inferius deputandi ſcu
tum vnum cum dimidio,de collegio ẽt notariorum eſſe intelligantur cum infraſcri-
ptis facultatibus. Prima erit vt participes eſſe debeant omnium, & quorumcunque
lucrorum ,pro eorum rata,ſicuti & ceteri Notarij erunt, eminentioremque, ac pri-
marium locum tenere debeant exceptis Conſulibus præfatis ſtatim ſubiiciemus.
Tres proconſules eligãtur quorum duo ſint de antiquioribus notariis collegij eo m o
do quo ſtatim declarabimus,alter non ſit doctor elegendus & inbuſſulandus modo,
& forma infraſcriptis iſque doctor ſemper eſſe prior intelligatur. Habeant pro eo-
rum ſalario,& officio quod per ſex menſes durare tantummodo intelligeñ. decem
libras Marchiæ,pro quolibet extrahẽdas ex lucris quę in manibus camerarij collegij
reperientur de introitibus & aſſignationibus eidem camerario & collegio prefato in
fra dicemus datis & facienndis. Officium camerariatus durare debeat per annum
& Camerarius ſit obnoxius tenere librum computorum dextinctè reddereque ratio
nem ſuę villicationis finito anno in manibus nouorum proconſulum & relinquere in
archiuio librum eius computorum poſtquam à proconſulibus & in hac parte reuiſo-
ribus fuerit approbatus vt iuxta veritatem deſcriptus. Introitus & emolumẽta col
legij ſint,ſolutiones faciende à doctoribus,qui ingredi,& aggregari voluerint ad di-
ctum notariorum collegium,ſintque etiam ſolutiones faciende ab illis qui creari ta-
belliones deſiderauerint,& in matricula & collegio notariorum deſcribi, eorumque
etiam emolumento & vtilitati cedat omne lucrum quod fiet à camerario ſub nomi-
ne collegij & proconſulum,cum illis qui fidem habere quæſierint de legalitate nota-
riorum Fulginiæ ,cui quidem camerario vnum groſſum ſoluere teneantur, Cui etiã
additum ſit,ex quo officia ad notarios ſpectantia è pixide, extrahuntur quolibet ſe-
meſtri,vt pro quolibet officio ,ad quod ſorte fuerint aſſumpti,ſeu aliter exercere vo
luerint quolibet ſemeſtri debeant accipere licentiam de exercendo, ac ſoluere iuxta
infra deſcriptam taxationem alias illud exercitare non poſſint,& prædicta à camera
rio ſcribi debeant à quo de omnibus prædictis emolumentis computa, vt ſupra dixi-
mus diſtincte teneantur. Electio proconſulum fiat hoc pacto vt omnes notarij, q
per annos quindecim,tabelliones creati fuerunt imbuſſulentur cum paruulis apodiſ-
ſis continentibus nomina & cognomina notariorum, ac deinde ſorte extrahantur
cum infraſcripta ſolemnitate. Pariterque fiat imbuſſulatio Doctorum de collegio
notariorum,ſeparatim tamen,& extractio,eodem tẽpore vt dicemus, ſequi debeat.
Fiat & alia imbuſſulatio cęterorum iuniorum,qui omnes imbuſſulati, camerarij ex-
trahi poſſint dictumq; camerariatus officium exercere cum ſupra deſcriptis oneribꝰ
& cum ſalario vigintiquinque librarum de marchia pro quolibet anno.

Omnes enim ſic imbuſſulati,in die extractionis omnium aliorum officiorum ad magnificam communitatem ſpectantium præſententur coram Magnifico D. Gubernatore,& ab ipſo iuxta morem aliorum,ſorte extrahantur,& deinde reponantur & cuſtodiantur vſque ad aliam nouam extractionem.

Volentes ante & deſiderantes creari de cetero,notarij ciuitatis Fulginiæ, & eſſe debet collegio prædicto,ſiue ſint nati in ciuitate Fulginiæ,ſiue in eius territorio, & diſtrictu,habeant & habere debeant,neceſſariumque ſit,ꝙ nulli infraſcriptis qualitatibus in eis deficiant videlicet.

Qui ætatem annorum viginti attigerint abſque eo,ꝙ de aliquo crimine, ſeu delicto capitali culpati fuerint,& quòd inſtitutiones imperatoris ſaltem per annum audierint natique ſint ex patre & matre Fulginiæ,vel de eius territorio, & comitatu, & ꝙ nunquam neque ipſi,neque eorum parentes fuerrnt aduerſarij, aut litem habuerint, cum communitate Fulginiæ,ſine licẽtia conſilij eiuſdem cõmunitatis, & de iſtis omnibus fidem faciant coram proconſulibus antequam proponantur in collegio.

Habito à proconſulibus teſtimonio legittimo ſuper præmiſſis qualitatibus,proponãt in collegio eligendi in tabelliones & aggregandi,antequam tabelliones fiant,ad effectum,vt vnicuique de collegio innoteſcat perſona affectans creari notarius, & contra ipſam adhuc opponi poſſit,ſi quid deeſt propter quod non poſſit, neque debeat acceptari,vt efficiatur notarius,& de collegio.

Et ſi fuerint iudicati idonei,vt proponantur,tunc vna die pro alia,ex camerarij cura, collegium intimetur,ac facta coadunatione,compareat laureandus, ſuique deſiderium per orationem directam conſulibus & collegio,publice,omnibus audientibus, ẽt quòd non ſint de collegio,exponat. Eoq; per reſponſionem latine fiendam à pro conſule doctore,publice,ex decreto collegij recepto.Semotis alienis qui non ſint de collegio,fiat examen ſub infraſcripta forma & conditione.

Vnuſquiſque dictorum proconſulum,incipiendo à priore ex improuiſo, vt vulgo dicitur,gli dia vnlatino per quella regola che piu li piacera,cogatque deinde ipſum ad recitationem vnius inſtrumenti in illa materia quæ eidem magis libuerit, & in mentem venerit,præſtito tamen prius iuramento,ſuper euangeliis, ab eiſdem proconſulibus,ꝙ nullam cum eo colluſionem feciſſent,neque animaduertiſſent de quibus ipſum interrogaturi eſſent: Hiſque omnibus peractis faciant ipſum eligendum ſcribere dimidiam partem vnius dimidie carte,eaque ſic ſcripta,omnibus de collegio aſtãtibus deferatur oſtendaturq; vt ſciant cuncti an vltra peritiam contractuum & humanarum literarum valeat ad ſcribeñ.& caracteres ſuarum literarum ſint bene compoſiti,& intelligibiles. Poſt præcedens examen ſub conditione prædicta, eligendus mittatur foras,& per apodiſſas continentes approbo,& reprobo porrectas in manibꝰ Camerariis,videatur à proconſulibus,an ſit à maiori parte approbatus, vel reprobatus,& ſi approbatus eſt, ſtatim intelligatur effectus notariatus,& de collegio, omniaque notariis & tabellionibus incumbentia,exercere poſſit,cum ſolitis ſignis & rogitibus,& in matricula,cum eius ſigno ab ipſo aſſumendo,ſubito deſcribatur.

Præſtito etiam iuramento per ipſum de non reprobañ. neque approbañ.alium notarium niſi iuxta capitulorum tenorem & conſcientiam ipſius ſemoto pœnitus omni odio & maleuolentia. Si vero fuerit reprobatus, tunc debeat abſtinere per annum vacando interim literis,& arti ſcribendi,quia vt minus idoneus debet cenſeri reprobatus & elapſo ãno iterum ad idem examen ,& ſolemnitatem reuerti poſſit, & ſi de-

nuo reprobatus fuiſſet,ſine ſpe vlterioris admiſſionis perpetuo cenſeatur excluſus, & nihilominus quod depoſuit pęnes camerarium,vt infra dicemus,eidem non admiſſo reſtituatur,præter binos carlenos remanſuri apud camerarium pro eius laboribus in vanum paſſis.

Teneaturque dictus eligendus deponere ante omnia in manibus Camerarij vnum carlenum pro quolibet notario viuente in matricula deſcripto,quem facta approbatione notarij eligendi,diſtribuat,cum augumento portionum notariorum deficientium,& non aſtantium quos nulla cauſa,quantumcunque iuſta,excuſet ſed totum ac creſcat interuenientibus.

Qui non aliter quàm modo prædicto in collegio noſtro in futurum, notarij electi fuerint,ſeu approbati non poſſint frui neque gaudere aliquo officio comunitatis, neque rogari,neque inſtrumentũ conficere in ciuitate territorio,ac dominio Fulginatẽſib⁹

Et ſi ſecus factum fuerit,omnia ſint ipſo iure nulla neque valeant,neque fidem faciãt, neque ſecundum ea iudicari poſſit,& habeantur per indè,ac ſi à priuata perſona confecta fuiſſent nulla pœnitus authoritate & facultate fungenti.

Ad omne mandatum proconſulum,collegium conuenire debeat mandatum vero ſiue intimatio faciende coadunationis,fiat à proconſulibus per publicum baiulum, & per edictum in valuis locis in quo conueniat collegium, & qui in ciuitate præſentes fuerint,& non obedierint,accedendo ad collegium,niſi in lecto egroti iacuerint,per annum cenſeantur excluſi ab omni participatione emolumentorum, & officiorum q̃ dantur notariis de dicto collegio,neque ipſorum contumaciam purgare poſſint, ſeu in priſtinum reſtitui,niſi ſolutis infra duos menſes à die eorum cõtumacie,viginti bolonenis in manibus camerarij eiuſdem collegij, & prædicta inuiolabiliter obſeruari decernimus abſque eo ꝙ cenſeatur aliquo pacto huic capitulo derogatum, ſiue derogari poſſit,per idem notariorum collegium.

Quam ſanctionem optimam eſſe,& ſanctam exiſtimauimus quoniam ex frequenti eiuſdem collegij coadunatione & cætu,non eſt ambigendum,in dies augendum fore reformandum eiuſque collegij capitula obſeruandum, & procunſules, qui collegio præſunt,non deridendos dum mandant,prout iuſtum & rationi conſentaneum eſt.

Poſſintque etiam inter eoſdem ſtatuere,addeñ. & diminueñ. ac declarando ꝓ vt maiori parti collegij iuſtum & conueniens magis viſum fuerit.

Habeant & particularem baiulum,ſeu nuntium cum ſalario eidem,à prædicto collegio conſtituendo,qui præceptis proconſulum obediat, & inſeruiat prout ab eiſdem imperatum fuerit.

De contractibus aliiſque rogationibus ſcribendis & in libro ponẽdis. Caput. LVII.

DIſpendioſam ac damnabilem quorundam tabellionum deſidiam, qui vitio negligentiæ dediti ſcripturas de quibus rogati ſunt, vt plurimum in libro ponere totaliter prætermittunt quandoque vero earum ſubſtantiam defectuoſe, & in perfecte deſcribunt quas poſtea morte præuenti, nec obmiſſas de nouo ponere, nec imperfectas perficere vnquam valent, ex quo prout ipſa rerum experiẽtia edocet & frequẽs, ac aſſidua plurimorum querela inſinuat grandia, & in remediabilia multorum damna proueniunt effectualiter reprimere, & radicitus euellere cupientes, præſenti conſtitutione, ſtatuimus & firmamus, quòd notarij noſtri collegij, qui nunc ſunt, & qui impoſterum fuerint de ipſo collegio teneantur, & debeant ſub vinculo, & virtute p̃ſtiti iuramenti, & ad pœnam centum librarum denariorum, pro qualibet vice, qua confecerit omnes, & ſingulos contractus teſtamenta condicillos, aliaſque diſpoſitiones, & actus quoſcunque, de quibus rogati eſſent in libro protocollorum ſuorum ponere extenſe, & perfecte ſaltim cum omnibus capitulis, & clauſulis quo adſubſtantiã neceſſariis, & cum nominibus & prænominibus teſtium, qui interfuerunt, & cum rogatione ipſorum teſtium, infra octo dies, à die celebrati contractus diſpoſitiones, ſeu alterius actus, de quo rogati fuerint. Et qui contrafecerit, condemnetur, & cum effectu per proconſules collegij puniatur in pœna prædicta. Et nihilominus parti ex hoc leſe, teneatur omne damnum, expenſas, & intereſſe, integre & effectualiter reſarcire, niſi forſan graui infirmitate, vel alio iuſto & legitimo fuerit impedimento detentus, quominus prædicta omnia potuerit effectui de mandare, quo caſu ſi de ipſa infirmitate, vel alio prædicto impedimento coram proconſulibus fecerit claram, & plenam fidem, ad ſupradictam pœnam, damnum, expenſas & intereſſe nullatenus teneatur.

Quòd Notarij faciant, & habeant protocolla. Caput. LVIII.

PARI quoque conſideratione hoc conſultiſſimo ſtabilimus edicto, ꝙ notarij dictæ ciuitatis Fulginię, & eius diſtrictus, qui ſub dicto comprehenduntur collegio debeant, & teneantur ſingulis annis facere & habere libros, ſeu librum protocollorum, cum legitima intitulatione, & cum ſui ſubſcriptione in fine libri poſita, in quo ſeu quibus ponere poſſit & debeant omnes contractus, diſpoſitiones & actus quoſcũque, de quibus rogati fuerint, prout ſupra in proximo præcedenti capitulo eſt expreſſum, & in fine dicti libri & librorum, debeant etiam ſuum ſolitum ſignum apponere. Et qui in aliquo confecerit, ſeu aliquo prædictorum facere obmiſerit, pœna 25. librarum denariorum, pro quolibet vice plectatur. Et nihilominus parti ex hoc leſe, omne damnum, expenſas, & intereſſe refundere compellatur.

De contractibus, & aliis ſcripturis non conficiendis per notarium forenſem. nec per ciues minores 20. annis. Caput. LIX.

ITEM prouidemus & ordinamus, ꝙ nullus poſſit exercere tabellionatus officium in ciutate, nec in diſtrictu Fulginiæ, maxime inter ciues, vel comunitatenſes ipſius ciuitatis, niſi frũit ciuis, vel comitatenſis ciuitatis fulginiæ, vel habitator continuus dictæ ciuitatis, & qui hactenus ĩ ea habitauerit ſaltim per ſpatium quinque annorum & maior 20. annis. Et ſi quis confecerit, puniatur per proconſules collegij prædicti in centum librarum denariorum applicandorum, pro medietate communi Fulginię,

& pro alia medietate dicto collegio. Et nihilominus omnis embreuiatura rogatõ, protocollum, inſtrumentum, & quelibet ſcriptura, quæ fieret per illum qui non eſſet ciuis, vel comunitatenſis dictæ ciuitatis, & maior 20. annis, vel ſaltim habitator modo prædicto, & per tempus prædictum in dicta ciuitate, & etatis prædictæ, ipſo iure non valeat, & ex eis nullum ius, nullaque actio alicui acquiratur, nec per aliquem iudicem, vel officialem quacunque iuriſdictionem habentem, & quocunque nomine cenſeretur admittatur, nec eidem fides aliqua adhibeatur, non obſtante aliquo ſtatuto communis, vel populi dictæ ciuitatis, quod in contrarium loqueretur. Et maximè ſtatuto quod loquitur de executione inſtrumentorum guarentigie. Saluo ꝙ officiales dictæ ciuitatis, etiam ſi fuerint forenſes poſſint dictum officiũ exercere in actis iudicialibus tantum. De aliis autem ſe nequeant intromittere nullo modo ſub pœna prædicta. Saluo etiam, ꝙ notarii ciues, & comunitatenſes, qui fuerint recepti in dicto collegio, & ſcripti in eius matricula, ante quam ad vigeſſimum annum annum peruenerint, poſſint copiare, & exemplare inſtrumenta contractus, acta ceteraſque ſcripturas publicas & priuatas, de verbo ad verbum, prout in originali inuenerint, nullo addito, vel de tracto ſolemnitate tamen iuris adhibita, & alia quod fecerint nõ valeat ipſo iure. Et quod de ipſorum notariorum etate ſtetur & credatur dicto., & declarationi pro conſulum dicti collegii, vel duorum ex eis, vna cum iudice collaterali poteſtatis dictæ ciuitatis Fulginiæ, quando ipſi proconſules non eſſent omnes de hoc in concordia.

### De feſtiuitatibus annuntiationis, & aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, & de modo in eis ſeruando. Caput. LX.

ITEM vt virgini glorioſæ quæ etiam aduocatorum, & procuratorum aduocata, & protectrix exiſtit reuerentia, & honor in ſuis præcipuis feſtiuitatibus exhibeatur, vt decet per omnes decollegio ante dicto. Statuimus & ordinamus, ꝙ quilibet dicto collegio, & vniuerſitati ad ſcriptus, tã ciuis quàm comitatenſis pœna præſtiti iuramenti, & centum ſol. denar. teneatur & debeat infeſtiuitatibus beatæ Mariæ virginis glorioſæ, videlicet in vigilia Annuntiationis, de menſe Martij, & in vigilia ipſi aſſumptionis, de menſe Auguſti venire, & ad eſſe ſimul cum proconſulibus, & aliis de dicto collegio in loco de quo per ipſos proconſules mandabitur, & cum candelis accedere proceſſionaliter, vt eſt moris, & à dicta proceſſione non recedere ſine ipſorũ proconſulum licentia, immo cum ea ire, & redire per totum iter, vſque ad locum vnde ſe dicta proceſſio mouerit. Et vt nullus prætextu ſui occupationes, & in neceſſitatis cum alia proceſſione accedendi colorem excuſationis aſſummat & vt ipſi virgini glorioſæ magis impendatur honoris. Dicimus & ordinamus, quòd dicta congregatio fiat in vigilia cuiuslibet ipſarum feſtiuitatum, de mane ante tertiam, & quòd per proconſeles ordinetur, ꝙ dicto mane dicatur vna miſſa adhonorem, & reuerentiã ipſius Virginis, & perfecta miſſa omnis proceſſionaliter more ſolito vadant. Et ꝙ proconſules cum effectu procurent, ꝙ presbyteri fraternitatis ſancti Felitiani vadant cũ dicto collegio quibus presbyteris, ſi iuerint dentur per cammerarium collegii. 20. ſol. denar. Et ꝙ conuocentur ad dictas proceſſiones iudices poteſtatis, & iudex capitanei, quibus dentur candele per cammerarium collegii, & expenſis collegii. Et ad hoc vt omnes de dicto collegio magiſtrati ſollicite accedere teneantur, volumus ꝙ proconſules teneantur pœna præſtiti iuramenti facere fieri requiſitionem omnium de collegio ante acceſſum. Et quicunque non fuerit repertus in ipſa requiſitione ſol-

uat 20. ſol. den. Et quia non ſufficit veniſſe, niſi ſteterint, ordinamus ꝙ in reditu ipſius proceſſionis fiat iterato requiſitio,& quòd quicunque fuerit repertus fuiſſe priori requiſitioni & nõ interfuerit ſecũde ſoluat .x. ſol.de. Et vt notarij comunitatis ignorantiam non prætendant. Proconſules teneantur facere notificari omnibus notariis communitatis aſcriptis collegio, hoc capitulum prima vice poſt præſentium ordinamentorum approbationem,& confirmationem adhoc ,vt dictis diebus accedere teneantur. Et ad prædicta non teneantur abſentes à ciuitate,& diſtrictu Fulginiæ, nec graui infirmitate grauati, nec licentiam habentes ab omnibus tribus proconſulibus dicti collegij.

De eodem ꝙ fiant Caputdeces. Caput. LXI.

ITEM dicimus & ordinamus, quòd Proconſules omni anno teneantur & debeant facere capudeces de collegio, qui caputdeces teneantur & debeant requirere omnes de ſuo capudeciatu, octo diebus ante diem feſtiuitatum bebatæ Mariæ, ſilicet Annuntiationis de menſe Martij,& Aſſumptionis de menſe Auguſti,& petere ,& exigere illam pecunię quantitatem à ſingulis de collegio, de qua deliberabitur per proconſules,& conſiliarios dicti collegij ꝓ emẽdis & portandis candelis, vt eſt more ſolito conſuetum, quam deliberationem proconſules teneantur facere per .x. dies ante feſtiuitates prædictas. Et quicunque de dicto collegio non ſoluerit dicto ſuo capudeci partem eum tangentem infra duos dies poſt petitionem eidem factam per capudecem ſoluat tertiam partem plus vltra quantitatem ſtatutam,& ab eo petitam. Et nullus qui in capudecem electus fuerit, poſſit dictum officium refutare. Et poſſint dicti proconſules bannum mittere & imponere, prout eis videbitur,& nõ ſoluentes facere pignorari,& ſi poſt duos dies poſtquam fuerint pignorati nõ ſoluerint eam quãtitatem, ſit licitum eis ſub vſuris ponere vel poni facere dicta pignora,& etiam ipſum & ipſa vendere ,& denario dare camerario collegij ſupradicti. Qui camerarius teneatur,& debeat candelas fieri facere illius ponderis, de quo deliberatum erit per proconſules camerii & conſiliarios, pro tempore præſidentes. Et ꝙ dictus camerarius de mane in die vigilie dictarum feſtiuitatum ,ad dictam eccleſiam, ſeu palatium epiſcopatus deferri faciat candelas, ita quòd miſſa completa vnicuiq; ſuam candelam tribuat ,& proceſſionaliter omnes incedant cum reuerentia ſicut decet. Et quilibet de collegio ſupradicto teneatur ire & redire cum collegio & proceſſione prædictis, donec adlocum ſolitum ſum reuerſi,& qui contrafecerit per proconſules. v. ſol. pœna effectualiter puniatur de facto. Qui capudeces ,& camerarij teneantur prædicta facere ,& executioni mandari ad pœnam 20. ſol. den. pro quolibet à quibus ,per proconſules debeant de facto auferri,& ad manus camerarij collegij prædicti venire.

Capitula ſuper mercede Notariorum Fulginatenſium. Caput LXII.

STATVIMVS, &ordinamus quòd quilibet Notarius ſub pœna vigintiquinq; librarum denariorum communi Fulginæ applicandorum, poſtq̃ requiſitus fuerit, teneatur,& debeat ſe rogare de omnibus & ſingulis contractibus, teſtamentis, vltimiſque voluntatibus, proteſtationibus,& actis iuridicis, ab vna, ſeu pluribus perſonis conficiendis, dummodo negocium, ſiue materia, ſuper quo, vel qua rogari requireretur ſit licita, honeſta,& non contra bonos mores,& habere, & cõſequi poſſit pro ſuo

labore & mercede mõ,& forma infraſcriptis videlicet. Pro rogitu cuiuslibet actus
coram quocunque iudice ordinario ſiue extraordinario in dicta ciuitate reſidẽte,fa-
ciendo,bononenum vnum monetæ currentis. Si autem in dicto actu contigerit ſcri-
pturam,ſeu ſcripturas,vnam,vel plures,produci tunc habeat bononenos duos in to-
tum,& hoc ab actore ſolum modo,& nihil petere poſſit à parte cõtradicente, niſi bo
nonenum vnum in caſu confeſſionis,ſeu reconuentionis,aut ꝓductionis ſcripturarũ.
Pro præſentatione,& exhibitione cuiuslibet commiſſionis etiam à ſede apoſtolica
emanatæ,facienda cuicunq; iudici bononenos duos. Pro literis citatoriis, & inhi-
bitoriis vigore commiſſionis,cum illius inſertione bononenos octo. Pro literis in
timatoriis litis,cum inſertione petitionis,& exceptionum bononenos octo. Si verò
continerent alias ſcripturas vltra prædictas,tunc accipere poſſit vltra prædictos octo
bononenos alios duos bononenos. Pro reſponſione facienda articulis bononenũ
vnum à quolibet reſpondente. Pro examinatione cuiuslibet teſtis ſuper articulis,
& interrogatoriis hinc,inde ꝓductis,ꝑ ipſius Notarii rata habeat bononenos duos,
& totidem iudex examinans. Et ſi fieret examen ſuper articulis excedentibus nume
rum decem articulorum,tunc à dictis decem articulis ſupra,dimidium vniꝰ baiochi
pro quolibet articulo,diuidendum pro medietate inter eos vna cum dictis quatuor
bononenis de quibus ſupra. Pro copiis quarumcunq; ſcripturarum baiochos duos
pro qualibet charta ab vtroq; latere ſcripta,& quælibet charta debeat continere ver
ſiculos viginti ad minus,& quilibet verſiculus cõtineat dictiones octo,plurium ſylla-
barum. Pro confectione regiſtri,& illius exhibitione,ac traditione tam parti,q̃ iu
dici habeat ad rationem mercedis copiarum vt ſupra. Expreſſæ declarantes quòd ſi
altera conlitigantium pars differret,ſeu nollet concurrere in ſoluendo ratam ſibi tan
gentem pro confectione dicti regiſtri,quòd poſſit ad inſtantiam alterius partis petẽ-
tis fieri regiſtrum,cogi de facto,ſine aliqua pronunciatione ad ſoluendum,& concur
rendum vt ſupra. Et ſi datum fuerit originale,ad quod notarius aſtringi non poſſit,
habeat bononenos octo,ſiue iudici,ſiue aduocato,vel procuratori partis tradat.
Pro rogitu cuiuslibet ſententiæ bononenos quatuor. Pro notificatione eiuſdem
cum eius inſertione bononenos ſex. Pro literis executorialibus, ſeu mandato exe-
cutiuo,vel vt vulgo dicitur bullecta vigore ſententiæ diffinitiuæ relaxatis ſolidũ vnũ
pro quolibet floreno vſq; ad ſummam florenorum trecentorum, ab inde vero ſupra
vſq; ad quamcunq; ſummam florenos quatuor in totũ. Pro extractione dictæ ſen-
tentiæ,& conſignatione in publicam formam habeat mercedem prout in taxa extra
ctionum inſtrumentorum inferius deſcripta,& quartam partem dictæ taxæ inſtrumẽ
torum vltra prædictam taxam. Declarantes ꝙ merces laudorum ſententiarum arbi
tralium & ſimilium,non poſſit aut debeat regulari ſecundum formam præſentis capi
tuli,ſed ſecundum diſpoſitionem capituli loquentis de extractione inſtrumentorum
Pro rogitu cuiuslibet appellationis viua voce factæ,ſeu in ſcriptis interpoſitæ coram
quocunq; iudice vt ſupra bononenos duos. pro extractione dictæ appellationis in
publicam formam bononenos octo. pro extractione ſcripturarum ſeu proceſſus in
publicam formam habeat bononenos tres pro qualibet charta ab vtroq; latere ſcri-
pta vt ſupra. pro extractione bullectæ in contumacia relaxatæ pro quacunq; ſum-
ma bon. vnum,& ſimiliter bononenum vnum pro extractione bullectæ ſuper graua-
minibus faciendis. pro bullecta autem quæ relaxatur per notarium ſotiimilitis, &
proconſules artis mercantiæ vigore ſententiæ diffinitiuæ,aut confeſſionis debiti per

reum factæ poſſit accipere bononenos duos,& non vltra pro quacunq; ſumma. Pro litteris executorialibus virtute præcepti in contumaciam conceſſis à quocunque iudice ordinario,vel extraordinario à quinquaginta florenis infra quæcunque fuerit ſumma bononenos duodecim , ab inde ſupra pro quacunque ſumma bononenos vigintiquatuor . Pro actu, ſiue inſtantia,& iuramento de fuga, & bulleeta , ſeu mandato executiuo vigore dicti iuramenti bononenos tres. Pro comparitione,ſiue inſtantia coram quocunque iudice in dicta ciuitate reſidente,facienda de obtinẽda licentia intrandi tenutam alicuius hereditatis ex teſtamento , vel ab inteſtato , & pro dictæ licentiæ conceſſione,& literis executorialibus,ſeu bulleeta de ſuper extractis bononenos octo in totum. Pro rogitu vero inſtrumenti captionis tenutæ prædictæ ſi intra ciuitatem bononenos quatuor pro quolibet rogitu . Si vero extra & ad loca diſtantia per duo,aut tria miliaria pro viatico bononenos duodecim , & bononenos quatuor pro quolibet rogitu. Ad loca autem vltra tria miliaria diſtantia pro viatico bononenos viginti,& bononenos quatuor pro quolibet rogitu dummodo ꝓ viatico ,& rogitibus non habeat pro qualibet die vltra florenum vnum in totum. pro præcepto,ſeu ſequeſtro de commiſſione cuiuſuis iudicis in dicta ciuitate reſidentis bononenos duos. pro rogitu cuiuslibet proteſtationis extra bancum bononenos duos,& pro illius extractione,& traditione in publicam formam bononenos .8. pro rogitu inſinuationis,& extenſione in libro actorum bononenos quatuor pro extractione vero,& conſignatione dictæ inſinuationis in publicam formam bononenos octo. pro rogitu curæ ad lites,& cauſas faciendæ bononenos duos , pro rogitu vero curæ ad negocia,cum confectione inuentarii,& dactione fideiuſſoris & illius extenſione bononenos octo. pro rogitu tutelæ cum confectione inuentarii, & præſtatione cautionis bononenos octo vt ſupra. ꝓ rogitu procurationis bononenos duos extra bancum . Ad bancum vero bononenum vnum. pro extractione in publicã formam inſtrumenti curæ ad lites bononenos duodecim. pro extractione tutelæ, ſeu curæ ad negocia bononenos ſexdecim. pro extractione inſtrumẽti procuræ ad lites in publicam formam bononenos duodecim. Ad lites autem,& negocia bononenos ſexdecim in totum pro rogitu cuiuslibet aliorum inſtrumentorum,& deſcriptione in libro protocollorum notarii bononenos quatuor intra ciuitatem extra vero prout fuerit conuentum,dummodo non excedat merces dicti notarii florenũ vnũ pro qualibet die. pro rogitu inſtrumenti minorum faciendi coram quocunq; iudice in dicta ciuitate reſidente bononenos octo,vltra ſolutionem inſinuationis vtſupra pro rogitu cuiuslibet teſtamenti,vel codicillorum,& eſtentione,ac deſcriptione in libro protocollorum vt ſupra bononenos octo intra ciuitatem,eſtra vero prout fuerit conuentum vt ſupra dummodo non eccedat vt ſupra. pro requirendo,& inueniendo aliquod confectum inſtrumentum bononenos duos . pro oſtenſione parti bononenos quatuor. pro oſtenſione aduocato,ſeu procuratori bononenos octo . pro oſtenſione facienda cuilibet iudici,ſi fuerit quantitatis à quinquaginta florenis ,infra bononenos octo,ab inde vero ſupra pro quacunq; ſumma bononenos ſexdecim . pro oſtenſione alicuius teſtamenti vt ſupra reſpectiue habeat,& petere poſſit quartã partem vltra prædictam taxationem . Et ad prædicta omnia facienda quilibet notarius de inſtrumentis prædictis rogatus ſemel dumtaxat coram iudice cogi poſſit aduocatis vero,& parti quandocunque fuerit requiſitus . Et ſi in productione alicuius inſtrumenti coram quocunque iudice in dicta ciuitate reſidente facienda contigerit

illud regiſtrari,pro regiſtratione huiuſmodi accipere poſſit mercedem,ac ſi in publicam formam extraxiſſet ſecundum taxationem infraſcriptam. Pro extractione inſtrumenti pacis compromiſſi,ſoccitę,& aliorum ſimilium inſtrumentorum non continentium certam ſummam bononenos viginti,pro aliis autem inſtrumentis certam ſummam continentibus accipere poſſit iuxta importantiam & continentiam inſtrumentorum ad infraſcriptam rationem videlicet. Pro extractione in publicam, & autenticam formam inſtrumenti continentis valorem vſq; ad ſummam florenorum decem,carolenos duos,ab inde ſupra vſq; ad ſummam vigintiquinq; florenorum de Marchia bononenos ſexdecim. Vſq; ad ſummam quinquaginta,bononenos vigintiquatuor. Vſq; ad ſummam centum,bononenos quatraginta. A centum vero vſq; ad ducentos,bononenos ſexaginta. Ab inde vero ſupra quæcunq; fuerit ſumma vltra dictos ſexaginta bononenos,bononenos viginti pro quolibet centinario,dummodo in totum non excedat ſummam quatuor florenorum ſimilium.

Pro extractione bullectæ executiuæ vigore inſtrumenti in forma depoſiti celebrati, cum mandato in confeſſum,bononenos octo, pro fide dicti inſtrumenti,quæ ſit in dicta bullecta,& denarios decem pro quolibet floreno quantitati in inſtrumento contentæ dummodo non excedat quantitatem mercedis extractionis dicti inſtrumenti in publicam formam. Et quia ſæpe contingit de quantitate contenta in huiuſmodi inſtrumentis depoſiti ſolui ante dictæ bullectæ extractionem aliquam partem,ſtatuimus quòd notarius rogatus de tali inſtrumento poſſit licite, & debeat extrahere dictam bullectam pro quantitate,quam creditor aſſuerit,& iurauerit debere conſequi, & pro dicta quantitate tantum reſtanti habeat,& habere debeat mercedem. Et ſi contigerit dictam bullectam ſecũdo, & pluries extrahi habere poſſit bononenos quatuor pro qualibet vice tantum. Pro tranſſumptu cuiuslibet inſtrumenti notarij p̄mortui ſiue abſentis cum ſolennitatibus requiſitis notario tranſſumptanti bononenos duodecim,notario vero auſcultanti bononenos quatuor.

Pro extractione cuiuslibet teſtamenti quocunq; tempore confecti ad inſtantiam hæredis,vel occaſione hæreditatis facienda aſcendentis ad ſummam florenorũ trecentorum florenum vnum, ab inde vero ſupra vſq; ad ſexcentos florenos,florenos duos vſq; ad mille,florenos tres,& ab inde ſupra vſq; ad quãcunq; ſummã florenos quinq;. Pro proceſſibus,qui interdum ſiunt coram aliquibus in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutis ſuper extractione ſcripturarum vigore literarum compulſorialium à Rom.Cu. emanatarum,ſeu ſuper diſpenſationibus in cauſis matrimonialibus, ſi in euidentem, & ſimilibus,habeat pro rogitu actorum bononenos duos in qualibet comparitione, pro rogitu ſententiæ bononenos quatuor,pro extractione, autem & cõſignatione in publicam formam cuiuſcunq; proceſſus ſuper præmiſſis, & ſimilibus agitati vna etiã cum extractione ſententiæ habeat bononenos tres pro qualibet charta prout ſupra in extractione aliarum ſcripturarum in publicam formam ſtatutum ſuit.

De ſollemnitate & forma obſeruanda ad obtinendum licentiam extendendi trãſumẽdi & publicandi rogationes notariorum defunctorũ. Caput.LXIII.

DVDVM fuerat ſalubriter per leges,& canonicas ſanctiones ob curſum,& etiã per iura municipalia ſtabilitum,ne contractus,& alii actus viuentium, & diſpoſitiones decedentium deperirent,ꝙ rogationes embreuiaturę,alieq; imperfectę ſcripturæ notariorum defunctorum poſſint per alios notarios quibus hoc commictere-

tur, extendi compleri tranſummi,& publicari. Ex quo contigit interdum, ꝙ non nulli notarij quibus huiuſmodi miniſterium &potãs per officiales communis, ſeu per generale conſilium paſſim,liberaliter,& ſub nimia generalitate iuxta eorum generalem poſtulationem conceditur,ipſa poteſtate & obtenta licentia abutuntur, dictaſq; rogationes,& embreuiaturas ꝑnitioſe,& minus fideliter cõtra pret & vltra verã facti ſubſtãtiã extẽdere & tranſumere moliuntur, ſicq; quod prouiſũ extiterat ad remediũ vt plurimum tendebat ad noxam. Quia igitur nouis morbis, noua conuenit antitoda præparari,præſentis conſtitutionis edicto firmamus, ꝙ de inceps nullus notarius noſtri collegij audeat,vel præſumat licentiam, ſeu commiſſionem de prædictis in conſilio,nec coram aliquo rectore,vel officiali petere,nec peti facere,nec aliquam petitionem,de hoc porrigere in ſcriptis,nec etiam verbotenꝰ,niſi prius de hoc fuerit per ipſum notarium, ſimilis porrecta petitio in generali adunantia vniuerſitatis,& collegij ſupradicti, in qua adunantia adminus interſint ſexaginta inter iudices,& notarios ipſius collegij,& niſi ipſa petitione admiſſa & approbata fuerit,& ſecundum eandem fuerit licentia ſibi conceſſa per ipſam vniuerſitatem, vel ſaltem per duas partes ipſorum adbuſſulas & palluctas,de extendendo perficiendo tranſumendo,& publicando ipſam ſcripturam. Et aliter petitio de hoc dari,vel fieri in conſilio,ſeu etiã coram aliquo rectore ſiue officiali nullo modo poſſit,& data non teneat, & non debeat,nec poſſit per ipſum conſilium rectorem, ſeu officialem admicti. Et auctoritas & quecunq; licentia aliter conceſſa ipſo iure ſit nulla,& ſcripturæ vigore, vel prætextu dictæ licentiæ,& conceſſe auctoritatis extenſe,completæ tranſumptæ, vel etiã publicatæ,nulla fides poſſit nec debeat adhiberi. Sed potius ipſa extenſio tranſumptio,& publicatio omni careat effectu,& robore firmitatis. Et nichilominus talis notarius,qui aliter, q̃ ſupra dictum ſit dictam licentiam,vel auctoritatem petierit, ſeu dictam ſcripturam antea extendiderit,vel perfecerit,aut tranſumpſerit, ſeu etiã publicauerit,pœnam 25. lib. den. cam.dicti collegij applicañ. ipſo facto incurat.

## Quod ordinamenta prædicta collegij ſint perpetua. Caput. LXIIII.

ITEM decernimus,& præſenti conſtitutione ſancimus,ꝙ omnia & ſingula ſupradicta capitula valeant,teneant & durent,& durare,& valere debeant perpetuo. Et ſi caſus occurrerit neceſſitatis,vel ſi collegij vtilitas ſuaderet, ꝙ liceat proconſulibus cum conſiliariis,& illis de collegio,quos vocare voluerint dicta ordinamenta,& cõſtitutiones corrigere addere & mutare,ac de nouo condere, prout eis videbitur expedire. Et quæ de nouo addita correcta decreta,& de nouo facta fuerit, facere confirmari,& eas poſtmodum confirmatas ſeruare debeãt omnes de dicto collegio. Et proconſules teneantur facere ab omnibus de collegio obſeruari, & pœnas & banna exigere à contrafacientibus,& ad manus camerarij dicti collegij facere deuenire, ita tamen ꝙ ea quæ de nouo addiderint,detraxerint,correxerint, ſeu de nouo fecerint, approbentur ante omnia per collegium ſupradictum more ſolito congregatum.

FINIS PRIMI LIBRI.

A
COMUNE
ARCH
SOTTOSEZIONE